This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

. RESEARCH LIBRARIES
33 06183892 0



Riedel's

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Sammlung

der Urkunden, Chroniken und sonstigen Geschichtsquellen

für die

Geschichte der Mark Brandenburg

und ihrer Regenten.

Fortgesetzt auf Veranstaltung

des Vereines für Geschichte der Mark Brandenburg.

Des ersten Haupttheiles

oder der Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte

siebenzehnter Band.

Berlin.

G. Reimer.

1859.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
547689 A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1931 L

Dritte Abtheilung.

Die Altmark.

(Fortsetzung des sechszehnten Bandes.)

Inhalts-Verzeichniß des siebenzehnten Bandes.

		Seite
XVII.	Das Jungfrauenkloster Arendsee	1.
XVIII.	Das Jungfrauenkloster Dambeck	27.
XIX.	Nachlese Alvenslebenscher Urkunden	40.
XX.	Nachlese von Bartenslebenscher Urkunden	230.
XXI.	Nachlese von dem Knesebeckscher Urkunden	330.
XXII.	Nachlese von Kröcherscher Urkunden	371.
XXIII.	Vermischte Altmärkische Urkunden	418.

Gotha 2 Mar. 1931 (12 vols)

XVII.

Das Jungfrauenkloſter Arendſee.

I. Markgraf Otto überläßt, mit Zuſtimmung ſeiner Söhne und ſeiner Gattin, dem neuerrichteten Kloſter Arendſee das deutſche Dorf Kaulitz und die Wendiſchen am See gelegenen Dörfer nebſt anderen Beſitzungen, im Jahre 1184.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Otto, in Brandenburc Marchio. Quoniam diuina favente clementia pre ceteris terreni regiminis fulcimur gloria, dignum ducimus, ut eidem obtemperantes maxime in eccleſiarum amplificatione et earum incurſorum exſtirpatione anchoram noſtre ſpei figamus, et ſic in obtentu noſtre ſalutis ipſam ſoluto mortis debito adiutricem dirigamus. Vnde notum ſit totius eccleſie tam futurorum quam preſentium univerſitati, quod ego Otto, Brandenburgenſis Marchio, annuentibus meis heredibus, Ottone, Heinrico, Adelberto, filiis meis, et uxore mea Adelheide, in honorem Dei et ſancte Marie ſanctique Joannis Evangeliſte, ſancti Nicolai et omnium ſanctorum ſimulque ad utilitatem novelle plantationis eccleſie in Arnſe, villam teutonicam, qae dicitur Kaulitz, et Slavicas villas, eidem ſtagno adiacentes, totamque ſolitudinem, a rivulo, qui dicitur Sitzow, uſque ad fluvium, qui vocatur Binden, et unum manſum in prato, quod fuit Domine Ode, cum Burchwerck et petitionibus et expeditionibus, cum advocatia et cum omni iuſtitia, que ſpectat ad Marchiam, predicte eccleſie Arnſe, pro remedio anime mee, cum conſilio predictorum heredum meorum contradidi, ut ſanctimoniales ibidem Deo ſervientes in perpetuum ſuſtententur ſub regula ſancti Benedicti. Vt autem hec rata et inconvulſa maneant, poteſtate, qua potimur, hanc paginam cum ſigilli noſtri impreſſione porrigimus, atque per eam eidem eccleſie omnimodis nos obtemperaturos aſſignamus. Et ut firmior ſit eadem eccleſia contra omnes importunitates infeſtantium, Tammo, Dei gratia Verdenſis epiſcopus, autoritate ſua ſub banni diſtrictione confirmavit, et decimas iuſticie ſue attinentes eidem eccleſie alligavit. Facta autem ſunt hec his preſentibus: Alberto Prepoſito eiuſdem eccleſie, Heſewigo Capellano, Alberto Comite de Oſterborch, Wernero de Luchowe, Friderico de Oſterwalde, Heinrico Comite de Danneberg, Friderico Advocato de Soltwedel, et Miniſterialibus Cunone, Helemwico, Gherhardo, Hinrico, Bodone, Sigfrido, Meſcelino, Friderico, Anno Dominice incarnationis Milleſimo C. octogeſimo quarto, indictione tertia, preſidente Romane eccleſie Lucio uenerabili Apoſtolico, regnante Friderico Im-

peratore et venerabili epiſcopo Tamone regente eccleſiam Verdenſem et ducatum tenente inclyto Bernhardo, prepoſituram autem Adelberto. Tam Senior quam Junior conceſſerunt.

Buchholtz a. a. O. IV, Anh. S. 29. Beckmann's Beſchr. V, I, IX, 29. Lentz, Br. Urk. S. 2. Lentzii Beckm. enucl. S. 54. — Der unklare Schluß dieſer Urkunde, der auf Otto I. und Otto II. zu beziehen ſein dürfte, lautet in den Buchholtz-Beckmann'ſchen Abdrücken Praeposituram autem Adalbertus tam senior quam junior concesserunt. Ich mögte die Worte Tam senior etc. für eine hiſtoriſche Notiz halten, die ſich auf eine erfolgte Beſtätigung Otto's II. bezieht. Es erhellt nicht, ob ſie in der Original-Ausfertigung geſtanden haben, da letztere nicht mehr zu ermitteln geweſen iſt.

II. Markgraf Albrecht beſtätigt dem Kloſter Arendſee ſeine Beſitzungen, am 15. November 1208.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Ego Albertvs, Dei gratia Brandenburgenſium Marchio, Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris Chriſti fidelibus, quod ego Albertus, Dei gratia Brandenburgenſium Marchio, inter principes terre, more floris mane virentis, veſpere areſcentis et in pulverem ſuum reverteṇtis, eterna temporalibus commodis preferenda eſſe, fide cordis credo, et verbis oris affirmo. Proinde eccleſiam in Arneſſe, in honorem beate Marie ſemper virginis, ſanctique Joannis Evangeliſte conſtructam, et patris mei divine memorie Ottonis Marchionis, optimo ſtudio fundatam, fratrumque meorum Ottonis et Henrici devotione promotam, et eorum elemoſynis in collatione predictorum cepiſſe ſatis ampliatam, benignitate paterna quaſi jure hereditario ad me transfuſam, quantum potero, conſolari et fovere invigilabo. Inde eſt, quod expedita devotione predicte eccleſie et ſanctimonialibus, in eodem loco ſacro ſub regula ſancti Benedicti Deo ſervientibus, ad ſuſtentationem, ea que predeceſſores noſtri devote contulerunt, benigne confirmamus, videlicet manſum unum in villa, que dicitur Kamerick, et duos manſos et dimidium quadrantem ſuper rivum, qui dicitur Aland, et dimidium manſum in Schoneberg, eccleſiamque in Kruyſen, et quinque quadrantes in Potbadele, duos in Duceke, unum in Vilbom, unum in villa, que dicitur Grindel. Confirmamus eis etiam villam Arneſſe, et villam Kawlitz, et Slavicas villas Burchſtede, Sziſſowe, Noyden, Baudiſin et ſitum ville Szatun, preterea quicquid inter ſtagnum, quod dicitur antiquum Arneſſe, et fluvium, qui dicitur Bindin, et provinciam Linegow habuerunt, vel habere poſſint, in ſilvis, in paſcuis, in piſcationibus, in venationibus. Indulſimus preterea ipſis advocatiam, et quicquid iuris noſtri eſſe videbatur, videlicet petitiones, exactiones, opera, que Burchwerck vocantur, expeditiones, que vulgo Herzüge vocantur, frúmentum, quod Betkorn vocatur, frumentum, quod Wſzop vocatur, et omnia, que vulgo vocantur Recht et Vnrecht, eo quod pro ſuis benefactoribus, tam vivis quam defunctis, intercedere teneantur. Ne igitur ullus hominum ſic dictam eccleſiam in villis vel agris memoratis moleſtare preſumat, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione munivimus. Huius donationis teſtes ſunt, Henricus eiusdem eccleſie prepoſitus, Godofridus Canonicus in Stendal, Henricus eiuſdem eccleſie Canonicus, Giſelerus tunc Cappellanus Curie. De Laicis autem Wernerus Comes de Luchowe, Heinricus de Swerin, Gardolfus de Had—

mersleve, Fredericus de Hasele, Tydericus Dapifer, Rodolfus Pincerna, Henricus Pilhifern, Fridericus de Welle, Gherhardus de Retvelde, Hermannus Prefectus de Magdeburg, Reynerus de Hindenburg, Gherhardus de Belitz, Germarus de Stapheld et alii quam plures. Acta sunt hec in Sandowe, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo, XV Novembris, In Domino feliciter Amen.

Lenz, Brand. Urk. 18—20. Lentzii Becm. enucl. 58. Beckmann's Beschr. V, I, IX, 30.

III. Der Herzog Kasimir von Pommern verleiht dem Kloster Arendsee das Dorf Wargentin und den halben Wargentiner See, am 26. Juni 1215.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Kazimarus, Pomeranorum dux, Leuticiorum princeps, omnibus fidelibus, ad quos pagina presentis scripti pervenerit, salutem in vero salutari. Notum vobis facimus, tam presentibus, quam futuris, quod nos, pro salute anime nostre, necnon et patris et matris nostre, ad sustentationem sanctimonialium in Arnesse deo servientium villam Wargutim cum omni iure et cum omnibus sibi attinentibus tam in aquis, quam in dimidio stagno ville adiacenti, in fluenti aque, que vocatur Pena, in clausuris, in agrisque silvis, de fluvio que vocatur Zuziza usque in siluam quercinam infra Malekin et Wargutin, vbi vossata sunt, que sunt nominata uosgrouen, voluntarie ecclesie dei in Arnesse contradimus, vt exinde pro nobis et pro predecessoribus nostris oratio fiat imperpetuum in ecclesia eadem in Arnesse in honore sancte dei genitricis et virginis Marie necnon sancti Johannis ewangeliste constructa. Et ut huius donationis certa permaneat prerogativa, hoc scriptum sigilli nostri impressione confirmamus. Huius donationis testes sunt, qui tunc presentes aderant: Sueno, abbas in Elda, Robertus, prepositus in Dimin, Vastradus, canonicus et sacerdos in Jhericho, Gozvinus, plebanus in Leuyn, Arnoldus, capellanus in Dimin; de nobilioribus vero laicis: Rochellus, eiusdem urbis castellanus, Dubimerus, Pribbezslaus de Kamin, Andreas, Priburiuitz, Ratyzlaus, Scarbimariz, Dudic, filius eius, et quam plures alii. Datum Dymin, VI°. kal. Julii, anno dominice incarnationis M°. CC°. XV°., regnante domino nostro Jhesu Christo.

Hasselbach, Kosegarten und v. Medem Cod. Pom. Dipl. I, 236. nach Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts Hahn I, S. 1.

IV. Die Fürsten Nicolaus und Heinrich von Rostock bestätigen dem Kloster Arendsee den Besitz des Dorfes Wargentin und der Fischerei auf dem halben Wargentiner See, am 20. Juni 1219.

Nicolaus et Heinricus, fratres et domini de Rozstoch, omnibus imperpetuum. Quoniam omnia, que ad nos pertinent ordinanda, firma manere volumus et inconwlsa, tam presentibus,

quam futuris in noticiam venire cupimus, quod nos clauſtro beate Marie uirginis in Arneſſe uillam Wargutin cum omni iure et cum omnibus ſuis attinentiis, capturam piſcium in dimidio Stagno influenti aque, que Pena vocatur, tam in agris, quam in ſiluis, de fluuio Zuziza uſque in ſiluam quercinam infra Malekin et Wargutin uſque ad foſſata, que voſgroven nominantur, libere contulimus, ſicut contulerant Kazimarus necnon filius eius Wartizlaus. Verum quia de facto hoc poſteritati noſtre nullum volumus relinquere dubium, preſentem paginam conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes hii aderant clerici: dominus Godefridus, dominus Theodericus, magiſter Reynnerus; layci: Heinricus dapifer, Jordanus, Baroldus. Acta ſunt hec anno gratie M°. CC°. XIX°., indictione ſexta. Datum Guzſtrowe, XII°. kal. Julii.

Liſch, Urkunden zur Geſchichte des Geſchlechts Hahn, I, S. 8. Haſſelbach, Koſegarten und v. Medem, Cod. Pom. Dipl. I, 308.

V. Johann und Gebhard von Plote, Gebrüder, ſchenken dem Kloſter Arendſee 42 Hufen Landes bei Netzeband, am 2. Mai 1232.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Notum ſit uniuerſis tam futuri quam preſentis temporis fidelibus, quicunque preſentem paginam perſpexerint, quod nos Johannes et Geuerhardus, fratres de Plote, eccleſie in arnſſe ad ſuſtentacionem Monialium XLII manſos cum omni Jure contulimus tam in paſcuis quam in agris et paludibus et aquis et ſiluis, preſentibus hijs: domino Johanne aduocato de Kyriſs, Teoderico de Bertekow et fratre eius Frederico, Gherardo de Rube, Ottone, Rodolfo, Arnoldo, caſtrenſibus in Wſterhuſen, et pluribus fide dignis. Ne igitur heredum noſtrorum hanc donacionem, quam ratam eſſe volumus, queat infringere, priuilegium dedimus, quod ſigilli noſtri impreſſione corroborauimus. Iſti manſi iacent inter nyzzebant et dominum Abbatem de Dunemunde ſuper Timanize fluuium. Datum jn Wuſterhuſe, Anno inc. dom. M°. CC°. XXXII°. VI°. Nonas Maj.

Aus Seibel's handſchriftl. Urkunden-Sammlung.

VI. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto, ſo wie das Kloſter Arendſee, diſponiren über die Beſitzungen, womit der Propſt Ludolph einen Altar daſelbſt ausgeſtattet hat, am 26. März 1283.

In nomine ſancte et individue trinitatis amen. Nos Otto, Albertus et Otto, fratres, Marchiones Brandenburgenſes, Gerburgis prioriſſa totuſque conuentus monaſterii in Arnſe omnibus hanc literam viſuris recognoſcimus proteſtantes, quod dominus Ludolfus, prepoſitus in Arnſe et in Sehuſen, edificauit altare in eccleſia Arnſe in honorem dei omnipotentis et ſancte genitricis ſue virginis Marie et ſancti Thome apoſtoli pro remedio anime ſue et

ſuorum progenitorum, illud dotauit cum ſex manſis et decima minuta eorundem manſorum et uno talento Stendalienſi, quos redditus ſitos in villa Clodene idem dominus L. de rebus contractis a patrimonio et propriis laboribus comparauit. Statuens quod ad idem altare ab uno ſacerdotum eccleſie miſſa pro defunctis et non alia die quolibet debeat celebrari, cuius miſſe prima collecta, Deus in cuius miſeratione legatur, dominicis autem diebus miſſa de domina noſtra celebrabitur, ac etiam in feſtis illorum ſanctorum, qui proprias habent octauas, miſſa cantabitur de ſancto, ita tamen quod propter miſſam altaris numerus miſſarum, qui fuit in eccleſia in Arnſe antequam altare predictum fieret, nullatenus minuatur. Ceterum nos una cum domino L. arbitrati ſumus et inviolabiliter ſtatuimus, ſi quod abſit de predicta ſerie quippiam obmiſſum fuerit ſeu mutatum, conſules antique civitatis Soltwedele habebunt liberam facultatem edificandi nouum altare in eccleſia B. Marie virginis in Soltwedele et illud cum eiſdem prouentibus, quibus altare dotatum eſt, cuicunque clerico ipſis placuerit conferendi, non obſtante quod eccleſia in Arnſe bona huius altaris in quieta poſſeſſione et libera annis plurimis dinoſcitur tenuiſſe. Attamen dominus preprofitus Ludolfus prouentus iſtius altaris et poſſeſſionem ad tempora vite ſue libere poſſidebit. Nos igitur ne malignandi materia in poſterum ab aliquibus ſuboriatur, preſentem paginam inde confectam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Huius facti teſtes ſunt infra ſcripti Dominus Henricus de ſancto ſpiritu prepoſitus, dominus Albertus ſacerdos et conuerſus ibidem, Bernardus, Hugo ſacerdotes, magiſter Chriſtianus; milites vero dominus Arnoldus de Jagoue, dominus Arnoldus de Bodenſtede, dominus Loueke aduocatus in Arnborch, dominus Johannes de Hertesuelde, dominus Hermannus de Boyſtere et alii quam plures fidedigni et honeſti. Acta ſunt hec anno incarnationis dominice Milleſimo Ducenteſimo LXXXIII°. ſequenti die annunciationis ſancte Marie virginis, que fuit feria ſexta.

Nach dem Orig. im Salzwedelſchen Stadtarchive XVI, 1.

VII. Das Kloſter zu Arendſee bekundet, zur Stiftung der zum Gedächtniß des Mag. Chriſtian immerwährend brennenden Lampe eine Hebung vom Kaufhauſe zu Arendſee erworben zu haben, am 18. Februar 1289.

Noſ Dei gratia Henricuſ Prepoſituſ, Gerburgiſ Prioriſſa, totuſque Conuentuſ Dei ancillarum in Arneſſe recognoſcimuſ et in notitiam univerſalem uolumuſ tenore preſencium deuenire, quod piiſ magiſtri criſtiani memorie feliciſ elemoſiniſ emimuſ ſiue comparavimuſ in theatro, teutonice nuncupato Kophuſ, in villa ſeu opido arneſſe unum talentum Stendalienſium denariorum in nativitate ſancte Marie virginiſ dandum ſinguliſ anniſ et ad lampadem, que in eccleſia noſtra in honore et reuerentia domini noſtri ihesu criſti et glorioſe ſemperque virginis marie ob laudem et gloriam et predicti magiſtri criſtiani anime pro ſalute perpetuo iugiter ardebit die noctuque, cum diligencia convertendum. Si vero talentum prehabitum, quod abſit, per nos aut ſucceſſoreſ noſtroſ in aliquoſ alioſ uſuſ ſed tantummodo lampadiſ prefate verteretur, Conſuleſ ex tunc veteriſ civitatiſ ſaltwedele plenam habebunt poteſtatem convertendi talentum antedictum in uſuſ eccleſie beate marie virginiſ in Saltwedel veteri civitate. Huiuſ autem facti ſunt teſteſ, do-

minuſ Bernarduſ ſacerdoſ et Johanneſ Georgii, magiſtri criſtiani teſtamentarii, Thietmaruſ de vlſen, Johanneſ bormeſter, Henricuſ de mechowe, Johanneſ georgii predictuſ, Henricuſ pertzeval, Johanneſ de kalene, Henricuſ milde, Hermannuſ croneke, Bodo de noua civitate, Thidemannuſ de kercowe, Johanneſ de luchowe et Hoieruſ de Diſtorp, conſuleſ predicte civitatiſ Saltwedel, quorum ſigillo una cum noſtro preſentem paginam in pleniorem premiſſorum teſtimonii euidentiam duximuſ muniendam. Datum et actum Anno domini M°. CC°. LXXXIX°. XII°. Kalend. Marcii.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives XXV, 4.

VIII. Ein gewiſſer Albert verkauft dem Pröbſte zu Arendſee eine Getreidehebung aus dem Dorfe Howiſch, am 3 Februar 1312.

In nomine Domini Amen. Quoties . . geſta temporis retroacti cum factis notabilibus moderni temporis et futuri concidunt, eſt neceſſe, in commemoratione de premiſſis et recommendatione nova preteriti, pro celebriori notitia utriuſque rei notabilibus et memoria cerciorari. Hinc eſt, quod ego Albertus . . . coram omnibus et ſingulis, quibus preſens litera exhibita fuerit, manifeſta cognitione . . ., quod de mea libera voluntate, una cum conſenſu filiorum meorum ac heredum, iuſto ac rationabili venditionis contractu vendidi, ac ſerie vendo in preſenti Reverendo Domino Meinardo, in Arndſe prepoſito, duos coros ſiliginis minus quatuor modiis perceptionis annualis in villa Howiſch, ad manus monialium ibidem in Arndſe commorantium, perpetuis temporibus poſſidendos, videlicet in curia cuiuſdam villani predicte ville Howiſch dicti ſegker triginta modios ſiliginis antedicti, In curia prefecti ibidem IV modios, in curia Gerhardi Kleinau unum modium, in curia Hollendens unum modium, in curia Rinkens III modios et in curia unius dicti Bindeman duos modios, in curia Witzonis dicti Hoſter unum modium, in Thiderici curia Bodeker unum modium et in curia Gerhardi unum modium, quolibet anno dictis monialibus libere tribuendos. Inſuper dicto prepoſito et monialibus ſepe dictis compromitto, quotieſcunque a me requiſiti fuerint apud dominum Marchionem animo benevolo principis ad conferendum bona predicta reſignando interimque eius collationi ad manus fideles reſervando. In cuius rei teſtimonium ſigilla mei Alberti predicti una cum ſigillis honorabilium virorum Conſulum civitatis Sehuſen, et Arnoldi de Roſſau, famuli, preſentibus ſunt appenſa. Et nos conſules Sehuſen, nec non Arnoldus de Roſſau, rogati ut premittitur, ſigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Teſtes huius ſunt Dominus Henricus, Plebanus in Loſſe, Dominus Conradus Spigel, Plebanus in Howiſch, Nicolaus de Roſſau, Jacobus Schanduvel, Presbyteri, Giſo Barſewiſch, Hinricus de Oſterburg, Zabellus de Bretſche, cives in Sehauſen, et plures alii fide digni. Datum et actum anno Domini MCCCX ſecundo, craſtino purificationis Marie virginis.

Lenz, Br. Urkunden S. 865—867.

IX. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Arendſee Hebungen in verſchiedenen Dörfern, am 4. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ob ſalutem et perhennem memoriam animarum magnificorum principum marchionum brandenburgenſium bone recordationis predeceſſorum noſtrorum, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum, appropriauimus et appropriare decreuimus Religioſis et deodicatis perſonis abbatiſſe, prioriſſe et conuentui clauſtri arnſehe, deuotis nobis dilectis, in villis Zerne duos choros cum ½ choro ſiliginis, In villa Leppin XVIII choros ſiliginis cum omni Jure, ſicut bruningus de Redingſtorp tenuit, In villa zulen VI choros ſiliginis cum omni iure, ſicut H. de gartowe poſſidebat, in villa Craz V choros cum dimidio ſiliginis cum omni iure, a Stennuis viris dictis de Schulenburg libere poſſeſſos, In villa Schannen VII choros ſiliginis, In villa lieſten V choros ſiliginis cum omni iure, ſicud frid. de garthowe tenuit et poſſedit, In villa Rademin duas curias, ½ choros ſiliginis annuis temporibus ſoluentes, In villa neylinge VIII chor. ſilig. annuorum reddituum, ſicut h. de geitz tenuit et poſſedit, in antea cum omni iure perpetuis temporibus ſine inquietatione quiete et pacifice poſſidenda. Renunciantes omni iuri, accioni ac impeticioni, que nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris in premiſſis choris ſeu redditibus competebant vel conpetere poſſent aliqualiter in futurum. In cuius Teſtes: deck; wolfſtein, pincerna, Lochin, magiſter coquine, zyckowe, hart. mager. Datum Berlin, anno predicto (M. CCC. XLIIII.), die dominico poſt circumciſionem domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CXXI.

X. Die von dem Kneſebeck verkaufen das Dorf Hilgenfelde an die Klöſter Arendſee und Dambeck, am 8. Juni 1369.

Wy Herr Ludolf vnd Herr Ludolf, riddere, vnnd Hans, ein knecht, Brodere, geheten van dem Kneſebeke, Bekennen vnd betugen apenbar Inn duſſen Brene, datt wy hebben vorkofft vnd laten vorkopen vnd louen Herrn Ludeghere, dem Proweſte, vor Aleheide, der Priorinnen, vnde vortmer dem meinen conuente des Godeshuſes tu deme Arnſe vnd Hern Hinrike dem Praweſte, Vor Margareten, der Ebdeſſinne, vnde vortmer deme meinen Conuente des Godeshuſes tu Dambeke, datt Dorp tu Hilgenfelde mit Pacht, mit tinſe, mit der Bede, de me plecht uthogeuende tu Sunte Mertens Dage vnde tu Sunte Wolborgen Dage, mit rockhunren, mit Denſte, mit Tegeden vnnd mit aller Nutt, mit aller Plicht, de uth dem Dorpe geit vnnd gy daruth gegaen hefft, mit dem Hogeſten richte Pahl vnnd mit dem Richte binnen thuens, vnnd mitt me denſte, gantz ewigliken tu beſittende, alſo datt wy an dem vorbenomeden Dorpe tu Hilgenuelde deger nicht mehr en beholden, mit alle dem, datt dar gy to geboret hefft vnnd tu hortt, ledig oder vorlegen, geiſtlich vnnd werlick, vnde ſchollen en ledigen de anſprake, de Bus van dem Werder vnd ſin Broder vnd Albrecht, de Grote, vnnd ere erfen hebben an deſſeme Gude, vnd ſchollen vort mehr ene des guedes ein recht were ſin vor alle rechte anſprake. Ock ſchol-

len wy vnnd willen en ſcheppen den eigendoem, wollbebreuet, auer dutt vorbenomede Guet van uſeme Heren den Marggreuen van Brandenborgk, vnnd alle dewiele, dat wy deſſen nicht en doen, ſo en ſchollen ſe des nein Geltt betalen vor dut vorbenomede Guet. Alle duſſe vorſchreuen ſtucke lauen wy, Herr Ludolf vnd Herr Ludolf vnnd Hans, vorbenomeden Herren Ludege tho dem Arnſe vnd Hern Hinrike, tu Dambeke Praweſten, vnd allen oren nakamelingen in guden truwen ſtede vnd vaſte to holdende. Tho einer groten Betugunge vnnd wiſinge, ſo hebben wy vorbenomeden alle vſe Ingeſegele mit wittſchop vnnd mit willen hengen laten am duſſemen Brief, de gegeuen vnd ſchreuen iſs na Godes Bortt drutteinhundert Jar, darna in dem negen vnnd ſeſtigſten Jare, des erſten Fritags na deme achten Dage des Hilligen Lichammes Dage.

Gercken's Cod. VIII, 462.

XI. Papſt Bonifaz IX. geſtattet dem Kloſter Arendſee, daß allen innerhalb der nächſten zwei Jahre in ihre Fraternität Aufgenommenen jeder Beichtvater vollſtändige Abſolution ertheilen dürfe, am 16. Mai 1392.

Bonifacius epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, dilectis in chriſto filiabus Prioriſſe et Conuentui ac uniuerſitati, nec non dilectis filiis confratribus Monaſterii Sancte marie virginis in Arnſſe, Ordinis ſancti Benedicti per prioriſſam ſoliti gubernari, Verdenſis diocefis, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Prouenit ex veſtre deuocionis affectu, quo nos et Romanam eccleſiam reueremini, ut peticiones veſtras, illas preſertim que animarum veſtrarum ſalutem reſpiciunt, ad exaudicionis graciam admittamus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicacionibus inclinati, ut confeſſor, quem quilibet veſtrum nec non qui dicti monaſterii confraternitatem uſque ad biennium a data preſencium in antea computandum intrauerint, duxerit ſeu duxerint eligendum, omnium peccatorum veſtrorum ſeu ipſorum, de quibus corde contriti et ore confeſſi fuerit ſeu fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem vobis et eiſdem in ſinceritate fidei vnitate ſancte Romane eccleſie ac obediencia et deuocione noſtra uel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum Canonice intrantium perſiſtentibus auctoritate apoſtolica concedere valeat, deuocioni veſtre ac ipſorum tenore preſencium indulgemus, Sic tamen quod idem confeſſor de hiis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam vobis et eiſdem per vos et eoſdem ſi ſuperuixerit uel ſuperuixerint uel per alios, ſi tunc forte tranſlierit ſeu tranſlierint faciendam iniungat, quam vos uel illi facere teneamini et prefertur. Et ne quod abſit propter huiuſmodi gratiam reddamini ſeu reddantur procliuiores ad illicita inpoſterum committenda, volumus quod ſi ex confidencia remiſſionis huiuſmodi aliqua forte committerent, quo ad illa predicta remiſſio vobis et eiſdem nullatenus ſuffragetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis et voluntatis infringere nec ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri ei pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum petrum XVII. kal. Junii, pontificatus noſtri Anno tercio.

Aus einem Tranſſumt im Königl. Sächſ. Staatsarchive in Dresden.

XII. Priorin und Convent des Kloſters Arendſee nehmen Adelheid Wulfesheit in ihre Brüderſchaft auf, am 4. Mai 1393.

Alheidis, Prioriſſa, Totusque conuentus ſanctimonialium monaſterii beate marie virginis in arnſſe, ordinis ſancte benedicti, dioceſis verdenſis, dilectis nobis in chriſto Alheydi Wulffesheyt deuotarum orationum communionem in chriſto ſempiternam. Pia et deuota veſtre ſalutis affectio nobis directa humiliter expoſcit, quod vos ad almam noſtram fraternitatem ac indulgenciam nobis et confratribus noſtris a ſede apoſtolica indultam, videlicet plenam omnium peccatorum remiſſionem, videlicet quam confeſſor, quem ad hec duxeritis eligendum ſemel tantum in ultimo mortis articulo concedere valeat, et ad participacionem omnium bonorum operum non in merito cogimur recipere et vobis eandem impertiri. Igitur biis preſentibus dictam noſtram fraternitatem cum ſingulis remediis penitencialibus in ſinceritate fidei concedimus et deuote indulgemus, Iniungentes vobis, quatenus tempore obitus veſtri preſentem literam procuretis remitti propter exequias veſtras in noſtra fraternitate peragendas. Datum Lypczk, Anno domini M°. CCC°. XCIII°. Dominica qua cantatur Cantate, noſtre fraternitatis ſub ſigillo.

Nach dem Originale im Königl. Sächſ. Staatsarchive in Dresden.

XIII. Priorin und Convent des Kloſters Arendſee nehmen die Markgräfin Katharina von Meißen und deren Söhne Friedrich, Wilhelm und Georg in ihre Brüderſchaft auf, am 15. Mai 1393.

Nos Alheidis, Prioriſſa, Totuſque conuentus Sanctimonialium Monaſterii Beate marie virginis in Arnſſe, noſtrique conuerſi nec non ſeculares confratres, non noſtris meritis ſed dei et apoſtolice ſedis gratia magnis Priuilegiis et prerogatiuis indulgentiarum prediti et dotati, preſertimque in vna indulgentiarum prerogatiua per dominum noſtrum dominum Bonifacium papam nonum preornata, ut quoſcunque eciam chriſtifideles noſtram almam fraternitatem eligentes infra byennium ad participacionem indulgentiarum plene Remiſſionis omnium peccatorum ſemel tantum in mortis articulo cum aliis remediis penitencialibus auctoritate apoſtolica nobis indulta recipere mereamur, Juxta tenorem bulle nobis deſuper confecte, cuius tenor de uerbo ad uerbum ſequitur in hec verba et eſt talis: (Urkunde Nr. XI.). Hinc eſt, quod nos Alheidis, Prioriſſa, Totuſque conuentus Sanctimonialium Monaſterii ſupradicti auctoritate dei et apoſtolice ſedis gratia confiſe, Sereniſſimis principibus ac dominis, domine Katherine, Frederico, Wilhelmo et Georgio, fratribus, ipſius katherine antedicte filiis, Thuringorum lantgrauiis et Marchionibus myſſnenſibus, almam noſtram fraternitatem cum ſuis remediis penitencialibus eligentibus humiliter et beniuole aſſcribimus ipſoſque recipimus in infraſcriptis ad eandem: Illuſtriſſimis principibus ac dominis, domine Katherine dominiſque Friderico, wilhelmo et Georgio, fratribus, iam dicte domine Katherine filiis, Thuringorum lantgrauiis et Marchionibus myſſnenſibus, prenominatis, Alheidis, prioriſſa, Totuſque conuentus ſanctimonialium Monaſterii Beate marie virginis in Arnſſe ordinis ſancti Benedicti,

verdenſis dioceſis, Deuotarum orationum communionem obedientia cum humili in chriſto ſempiternam. Pia et deuota veſtre ſalutis affectio nobis directa humiliter expoſcit, quod vos ad almam noſtram fraternitatem ac indulgenciam, nobis et confratribus noſtris a ſede apoſtolica indultam, videlicet plenam omnium peccatorum remiſſionem, quam confeſſor, quem quilibet veſtrum duxerit eligendum, ſemel tantum in mortis articulo ut prefertur concedere valeat, et ad participacionem omnium noſtrorum bonorum operum non immerito cogimur recipere et vobis eandem impertiri. Igitur hiis preſentibus dictam noſtram fraternitatem cum ſingulis remediis penitencialibus in ſinceritate fidei concedimus et deuote indulgemus, Iniungentes vobis, quatenus tempore obitus veſtri preſentem literam aut copiam cum nomine proprio alterius veſtri defuncti procuretis remitti propter exequias veſtras ſolempniſſime peragendas. Datum Liptzk, Anno Domini M°. CCC°. XCIII. Kal. Junii, noſtro alme fraternitatis Sigillo preſentibus ſubappenſo in teſtimonium et fidem omnium et ſingulorum premiſſorum.

Adiecta abſolutionis ſchedula.

Forma generalis abſolucionis Indulgencie plene Remiſſionis omnium peccatorum, que eſt remiſſio pene purgatorii in conſiſtorio apoſtolico In civitate lucana ordinata talis eſt: Confeſſione facta egrotantis dicat ſacerdos ſiue confeſſor Autoritate dei omnipotentis et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius et ſancte Romane eccleſie michi conceſſa ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis confeſſis contritis et oblitis et ab omni voti fraccione et tranſgreſſione et ab omni ſumma excommunicationum maiorum uel minorum et reſtituo te vnitati fidelium et ſacramentis eccleſie et ſi iſta vice moriaris eadem autoritate mihi commiſſa abſoluo te plene ab omnibus peccatis tuis et a pena in purgatorio tibi debitis propter culpas et offenſas, quas contra deum commiſiſti et reſtituo te eadem autoritate illi innocencie, in qua eras, qum renatus fuiſti, In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti Amen, Amen.

Nach dem Originale im Königl. Sächſ. Staatsarchive in Dresden.

XIV. Priorin und Convent des Kloſters Arendſee nehmen den Convent des Kloſters Medingen in ihre Brüderſchaft auf, am 1. Juni 1393.

Venerabili viro Thyderico Brandis, prepoſito in Medinge, nec non Elyzabed, Prioriſſe, Monialibus, fratribus et ſororibus Monaſterii Sancti Mauricii et ſociorum eius Ordinis Sancti Benedicti, Verdenſis dyoceſis, Alheydis, Prioriſſa, totuſque conuentus Monaſterii ſancte Marie virginis in Arnſe, Ordinis et dyoceſis predictorum, beate perhennitatis premia feliciter promereri. Sincere Karitatis affectus, quem ad nos et noſtrum Monaſterium predictum actenus deuote geſſiſtis digne promeretur, ut ea, que ad ſalutem animarum veſtrarum cedere poterint, deuotis ſtudiis proſequamur. Sane nuper Sanctiſſimus in Chriſto pater ac dominus noſter, dominus Bonifacius papa nonus ſub Anno domini M°. CCC°. nonageſimo ſecundo certas nobis litteras ſuas apoſtolicas gracioſe conceſſit, quorum (quarum ?) tenor ſequitur in hec uerba (die Bulle Boniſaz IX. vom 16. Mai 1392 No. XI). Vnde vos dominum Thydericum Brandis, prepoſitum, Dompnam Elyzabet de Boxtehude, prioriſſam prenominatos, Gertrudim rempeſtede, Walburgim et Mech-

tildim wolues, Ghertrudim Swanes, Elyzabet hoyers, Conegundim Azendorpes Ghertrudim timme etc. — — Gracioſe huiuſmodi conceſſionis cupientes eſſe participes Nobis humiliter ſuplicaſtis, ut vobis confraternitatem noſtram dare et concedere et vos ad ipſam gracioſe recipere dignaremur; Veſtris igitur ſupplicationibus fauorabiliter annuentes, Vobis confraternitatem noſtram ſpiritualem et Communicacionem omnium miſſarum, oracionum et diuinorum obſequiorum nec non Vigiliarum, Jeiuniorum, caſtigacionum et omnium bonorum operum, que per nos et ſuccedentes nobis in predicto noſtro Monaſterio ad laudem et gloriam Alme majeſtatis in perpetuum celebrari, fieri et exerceri gratia diuina conceſſerit, Nec non Indulgenciarum et gracie benefactoribus noſtris per ſedem apoſtolicam nouiter conceſſarum participacionem propter hoc cappitulariter congregate cum pſalmis et oracionibus conſuetis tam in vita quam in morte preſentibus damus et concedimus Vosque ad dictam Conſraternitatem noſtram hodie recipimus, Ita videlicet, ut dicte remiſſionis plene in mortis articulo, Nec non aliorum premiſſorum omnium per graciam dei iuxta Apoſtolicam conceſſionem predictam plenarie participes eſſe valeatis. Memoriam inſuper cuiuſlibet veſtrum, Cum nobis deceſſus unuscuiuſque veſtrum innotuerit, more noſtro perpetuis temporibus peragemus. Datum Arnſe, in Noſtro Loco Cappitulari, ſub Anno Domini milleſimo tricenteſimo Nonageſimo tercio, dominica Trinitatis.

Nach Harneberg, Monument. historic. fascic. III, Annal. Meding. 251—257.

XV. Priorin und Convent des Kloſters Arendſee nehmen den Prieſter Heinrich Altmersleben und deſſen Schweſter in ihre geiſtige Gemeinſchaft auf, am 21. Oktober 1393.

Albeidis, Prioriſſa, totuſque Conventus Sanctimonialium Monaſterii Beate Marie Virginis in Arneſſe, Ordinis Sancti Benedicti, Verdenſis Dioceſeos, Dilectis in Chriſto Domino Hinrico Altmersleve, Presbytero, et Ode, eius Sorori, Devotarum Orationum communionem in Chriſto ſempiternam. Pia et Devota veſtre ſalutis affectio nobis directa humiliter expoſcit, quod vos ad almam noſtram fraternitatem ac Indulgentiam Confratribus noſtris a Sede Apoſtolica indultam, que eſt plena omnium Peccatorum Remiſſio ſemel tantum in Mortis Articulo, et ad Participationem omnium et ſingularum Orationum, Caſtigationum, remunerationum, largitionum, Eleemoſinarum, Vigiliarum, Miſſarum perpetuarumque noſtrarum Commemorationum non immerito cogimur recipere. Igitur hiis preſentibus dictam noſtram Fraternitatem cum ſingulis penitentionalibus remediis premiſſis ob ſpecialis Dilectionis affectum, quem Vos ad Nos et noſtrum Monaſterium habere conſpicimus, concedimus et devote indulgemus. Cupimus etiam preſentem literam poſt obitum veſtrum nobis remitti propter exequias veſtras ſollempniter peragendas. Datum Anno Domini MCCCXCIII., ipſo Die Vndecim milium Virginum, noſtre alme Fraternitatis ſub Sigillo preſentibus appenſo.

Beckmann's Beſchr. V, I, IX, Sp. 33. 34.

XVI. Priorin und Convent des Klosters Arendsee bewilligen dem Bürgermeister und dem Rathe der Stadt Minden ihre Brüderschaft, am 17. April 1394.

Alheydis, prioriſſa, Totuſque Connentus ſanctimonialium Monaſterij beate Marie virginis in Arneſſee, Ordinis ſancti Benedicti, Verdenſis dioceſis, Dilectis nobis in criſto . . Proconſulibus et . . Conſulibus Ciuitatis Mindenſis tam ſenioribus quam preſentibus in humanis viuentibus eorum vxoribus et eorum pueris ac cuilibet eorum Deuotarum oracionum communionem jn chriſto ſempiternam. Pia et deuota veſtre ſalutis affectio nobis humiliter . . . . . expoſcit. Quod vos et quemlibet veſtrum ad almam noſtram fraternitatem ac Indulgenciam nobis a ſede apoſtolica indultam videlicet plenam omnium peccatorum remiſſionem, quam Confeſſor quem ad hoc duxeritis eligendum ſemel tantum in mortis articulo concedere valeat, Vt in infraſcripta copia vere Bulle plumbee Domini noſtri pape plenius decernitur. Ex eo ad participacionem omnium et ſingularum oracionem, caſtigacionum, vigiliarum, miſſarum, Elemoſinarum, largicionum, ac perpetuarum commemoracionum noſtrarum non immerito cogimur recipere et eandem vobis inpartiri. Igitur hijs preſentibus dictam noſtram fraternitatem cum ſingulis penitencialibus remedijs premiſſis jn ſinceritate fidei vobis concedimus et deuote indulgemus. Datum anno Domini M. CCC. XC quarto, XVII. die, menſis Aprilis, noſtre fraternitatis ſub ſigillo preſentibus appenſo.

Auf der Rückſeite der Urkunde lieſt man:

Hanc gratiam procurauit Richardus de Minden ob reuerentiam Conſulatus Mindenſis, qua ad ſalutem animarum ſuarum vtentur.

Mittheilung von Mooyer nach dem Original im Stadtarchive zu Minden.

XVII. Quittung für das Kloſter Arendſee, über das, was es dem Papſte und Anderen von dem auf Grund der päſtlichen Bulle eingeſammelten Gelde zum Geſchenk gemacht hat, vom 17. Juli 1394.

Vniuerſis et ſingulis preſencia viſuris ſeu audituris Nicolaus de Inſula, archydiaconus Warnenſis in Eccleſia Zwerinenſi, Collector Jurium Camere apoſtolice debitorum in prouincia Bremenſi necnon Verdenſi et Camynenſi Ciuitatibus et dioceſi auctoritate apoſtolica deputatus, Salutem in domino. Vniuerſitati veſtre notum facimus per preſentes, quod venerabilis vir dominus Johannes duuel, prepoſitus, alheydis, Prioriſſa, Totuſque Conuentus Monaſterii ſancte Marie virginis in Arneſſee, ordinis ſancti benedicti, Verdenſis dioceſis, de queſtu pecuniario, que per certos procuratores ipſorum ad hoc deputatos auctoritate quarundam literarum apoſtolicarum per prouinciam Bremenſem pro reparacione dicti Monaſterii collegerunt et receperunt, ſponte, libere et fraterne dederunt ſanctiſſimo in Criſto patri et domino noſtro, domino Bonifacio pape moderno, Centum ducatos et vnum clenodium, ſcilicet tabulam rotundam de ambra valoris XX ducatorum ac dederunt domino Camerario decem, domino theſaurario decem et domino nicolao

de ymola decem ducatos, quos omnes et ſingulos vna cum clenodio predicto per manus domini Johannis luttkeman, ipſorum procuratoris, nobis tradiderunt et preſentauerunt de et ſuper quibus centum ducatis pro domino noſtro papa et Clenodio ac XXX ducatis pro perſonis prenotatis nobis preſentatis prefatos dominum prepoſitum, prioriſſam et Conuentum nomine Camere apoſtolice preſentibus quitamus, liberamus et abſoluimus per preſentes. Datum lubik, Anno domini milleſimo Trecenteſimo nonageſimo quarto, menſis Julii die XVII, noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſo.

Nach dem Orig. im rathhäusl. Archive zu Stendal Nr. 143.

XVIII. Das Kloſter zu Arendſee bekennt, von Heinrich von der Schulenburg 40 Marck Lüb. zu einer Seelmeſſe empfangen zu haben, am 21. Auguſt 1425.

Wy Anna van Runttorpe, priorynne, vnde meyne ſamnungh in gode des cloſters to deme Arneſſe bekennen in deſſem openen breue vor alsweme, alſe vmme de virtich lubeſche marck, de vns Hynrik van der Schulenburg, deme god gnedich ſi, hefft gegheuen to eynen ewighen teſtamente, dar wy ſyner ſelen vnde ſyner olderen vnde aller ſyner leſhoueden ſelen ſyner voruaren vnde aller ſyner nakamelinge, alle ghebeten van der Schulenburg, to ewyghen tyden ſcholen vnde willen denken an vnſem bede myd villighen vnde med ſelemiſſen des fridagen auendes vnde des Sonnauenden morgens na des hilghen lichammes daghe vnde deſſe vorſcreuen virtich mark vs alſus ghedan hebben, dat wy ſy ſcholen vnder hebben nu to michaelis ouer vir jar, des kloſters behuff vnde ſchade mede to werende, vnde wen dy vere jare vmme ſyn, ſo ſcholen wy deſſe vorſchreuen virtich mark wedder bringhen an dem Rad to Soltwedel, der olden ſtad, dar wy na den ver iaren ſcholen mede kopen rente vnde deſuluen rente to deylende alle jar den Juncvrowen, wen me begheyt de dechtniſſe. Weret ok, dat vs de rente wedder worden affgheloſed, ſo ſcholen wy vnde willen nach rade Hern Berndes vnde Werners, brodere, gheheten van der Schulenburg vnde eren eruen vnde na rade des rades der olden ſtad to Soltwedele andere rente wedder kopen, de wy ſcholen vnde willen alle deylen to den dechtniſſe der erghenanten van der Schulenborg, eyner jisliken Juncvrowe na antal der rente. Dyt loue wy ergenannte Anna van Runtorppe, priorynne, vnde meyne Conuente to deme Arneſſe den ſtrengen hern bernde, riddere, vnde Werner, broder, gheheten van der Schulenburg vnde eren eruen vnde den erbaren borgermeſtern vnde radheren der olden ſtad to Soltwedel ſtede vnde vaſte to holdende, ſunder arghelift. Des to tughe ſo hebben wy vnſes conuentes Inghezegel heten hanghen an deſſen opene briff, de gheuen vnde ſcreuen is na godes bort virteynhundert jar, dar na in den vif vnde twyntigeſten jar, des dyngghedages na vnſer leuen vrowen dage der hemmelfart.

Nach dem Orig. des Salzwedelſchen Archives XVI, 11.

XIX. Notiz über das Leibgedinge, was Markgraf Friedrich der Anna, Tochter des Ritters Matthias von Jagow und Nonne im Kloſter Arendſee, im Dorfe zu Mechow angewieſen, vom 26. Mai 1440.

Item myn gnediger herre hat zu leibgedinge verlichen der Andechtigen Jungfrowen Anneken, Matthis von Jagow Ritters tochter, Cloſter-Jungfrowen zur Arntſee, diſſe hir nachgeſchrieben güter: Im dorffe zu Mechow in Byndemans hoff I wyſpel roggen, in Rybowen hoff I wiſpel roggen vnd in Stappelcke hoff I wiſpel roggen, alles nach lude eyns briefs von mynen gnedigen herrn genommen zu Tangermunde an des heiligen lychams tage, Anno domini M°. CCCC°. XL°.

De mandato domini marchionis heincz cracht.

Nach dem Churm. Lehnscopialbuche XIX, 136.

XX. Kurfürſt Friedrich II. vereignet dem Kloſter Arendſee den Altar Petri und Pauli in der Stadtkirche zu Salzwedel und verpflichtet die Nonnen dadurch zum Gebet für das Seelenheil ſeines Vaters und ſeiner Vorfahren und ſeiner ſelbſt, am 9. Dezember 1441.

Wir Fridrich etc. Bekennenen etc., So alſo die lehn vnd Collacio des Altars Sende petri vnd pawli in der pfarkirchen vnnſer lieben frowen in vnnſer Stad Salczwedel von ſtifftung deſſelben Altars, vnnſern vorfaren, Marggrauen zu Branndborg, vnd vns biſzher mit allem rechten zugehort hat, vnd wir das obgeſchriebene Altar dem Andechtigen vnnſerm Capplan vnd lieben getruwen, herrn Nicclawſen Gangolffi, vmb gots willen verlihn haben, der das ford den wirdigen vnnd Andechtigen herrn michel Arndſee, probſte, Sophien, priorinnen, heylewich Cowlicz, vnderpriorynnen, vnnd der ganczen ſampnunge des Juncfrowen Cloſters zur Arndſee mit vnnſer fulbort Ingegeben hat, So das ſie dem gnannten herrn Nicclawſen ſein lebtage eyn Summen gelts Jerlichen dauon geben, wie ſie ſich des, nach des Briefs lwte daruber gegeben, vertragen haben. Nu erkennen wir, das die güter, zu demſelben Altar zuhörende, In des gnannten Cloſters zur Arndſee dorffere, nemmelichen imm dorffe zu Gawel belegen ſynd, So das dem Cloſtere macht daran belegen iſt, als haben wir lwterlichen vmbs gots willen daſſelbe vorgeſchrieben Altar mit alle ſynen zinſen, renthen, lehenen, zugehorungen, mit allen gnaden vnnd rechten, dem gnannten probſte, pryorinnen, der ganzen ſampnunge des Cloſterers Arndſee vnnd allen Iren nachkommen gnediglichen Incorporiret, gegeben vnd vereygent, wir Incorporiren, geben vnd vereygenen In vnd allen Iren nachkommen ouch daſſelbe Altar mit allen Zinſen, Renthen, zugehorungen, gnaden, friheiten vnd gerechtikeiten, ewiglichen by dem Cloſter zu blyben, In crafft diſſes Briefs, doch alſo, das ſie vnd alle Ire nachkommen daſſelbe Altar mit meſſen vnd allen gots dinſten zu allen Czyten beſtellen vnnd ane abegangk ewiglich beleſen laſſen ſullen, als recht, redlich vnd gewonlich iſt, vnd daruor ſullen die benannten probſt, priorinnen, vnderpryorinne vnd gancze

ſampnunge des benannten Cloſteres vnnd alle Ire nachkomenen vnnſem lieben heren vnnd vater ſeligen, vns, vnnſer erben vnd alle vnnſere nachkommen vnnd ouch alle verſtorben Marggrauen zu Branndborg Alle Jar Jerlichen zu vier geczyten Im Jar mit gotlichen memorien, vigilien vnd ſilmeſſen In Irem Cloſtere Andechtiglichen ane abegangk begeen vnnd vnnſers gnanten liben herrn vnnd vaters vnnd vnnſers alczyt vom Altar mit namen gedengken laſſen, Das ſie vns denne ewiglich zu halden verſchriben ſullen, ane arg vnnd alles geuerde. Ouch ſull diſſe Incorporatie herrn Nicclawſen Gangolffi, ergnannt, vnſchediglich ſyn an ſynen jerlichen gelde, nach lwte des Briefs, daruber gegeben, ane arg vnnd ane alles geuerde; vnnd des zu Orkund haben wir vnſern Ingeſiegel an diſſen Briff hangen laſſen, der geben iſt zu Tangermunde, nach gots gebort XIIII^{c} Jar vnd darnach Im XLIten Jare, Am Sonnabend nach vnnſern lieben frowen tag, Conceptionis gnannt.

R. dominus per ſe et examinauit.

Nach dem Churm. Lehnscopialbuche XIX, 230.

— — Henricus et Fridericus, milites, fratres, dicti de Aluenſleue, — — quatuordecim manſos liberos ab omni exactione et grauamine ſitos in campis uille Hoygerſtorp cum iure patronatus eccleſie eiuſdem uille et una curia — — cum pratis, paſcuis, ſiluis — — domino prepoſito et conuentui monaſterii in Schenighe — — dedimus et aſſignauimus — — recipientes ab eiſdem . . . . . proprios et dimidium ſoluentes quatuor ſolidos in campis uille Hergrimſtorp cum iure patronatus eiuſdem uille . . . . . manſos ſitos in campis uille Bredenſtede annuatim quatuordecim ſolidos ſoluentes ſicut hactenus poſſederant . . . . . facientes in reſtaurum. — — — Datum et actum anno domini M°. CCC°. undecimo, in die beate michaelis archangeli.

Vollſtändig in Falke's Cod. tradit. Corbeiens. p. 788. sq.

XXII. Biſchof Albert von Halberſtadt beſtätigt dem Kloſter Schöningen einen mit Heinrich und Friedrich von Alvensleben geſchloſſenen Gütertauſch, am 21. Mai 1312.

Albertus, Dei gratia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, dilectis ſibi in Chriſto . . . . prepoſito . . . priori totique conventui regularium canonicorum in Scheninge ſinceram in domino Karitatem juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facile prebere aſſenſum et vota que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Ea propter utilitate eccleſie veſtre penſata et veſtris devotis precibus inclinati permutationem bonorum veſtrorum, quam cum honeſtis et diſcretis militibus Hinrico et Friderico, fratribus de Alvensleve et eorum heredibus feciſtis, videlicet pro novem manſis in Hergrimſtorp ſitis et jure patronatus eccleſie ville ejuſdem Magdeburgenſis dyoceſeos, et pro quinque manſis in Debbenem ſitis recipientes ab eiſdem quatuordecim manſos in Hogerſtorp ſitus cum jure patronatus eccleſie ibidem vobis propter vicinitatem et ſitum loci magis competentes ab omni advocatia liberos prout in literis ſuper hoc hinc inde confectis plenius continetur gratam et ratam habemus et preſentibus ſigillo noſtro munitis in nomine domini confirmamus. Datum Halberſtat, anno domini MCCCXII. in octava pentecoſtes, pontificatus noſtri anno octavo.

Aus Lenz Becmannus enucleat. S. 242.

XXIII. Propſt, Aebtiſſin und Convent des St. Burchard-Kloſter bei Halberſtadt ſtiften mit der Kaiſermühle die Feier des Jahrestages Friedrichs von Alvensleben, am 6. Februar 1313.

Albertus, dei gratia Prepoſitus, Gertrudis, Abbatiſſa, — — totuſque conuentus eccleſie S. Jacobi extra muros Halberſtad. — — Cum — — nos — — quoddam molendinum juxta ciuitatem Halberſtad ſitum, quod Molendinum Ceſaris vulgariter dicitur, — — emerimus iure proprietatis perpetuo poſſidendum. Nos itaque Gertrudis, Abbatiſſa predicta, in hujuſmodi emptione dicte noſtre eccleſie ſpeciale facientes ſuffragium pro XIV marcis integraliter ſolutis redditus vnius marce comparauimus nobis a prefato molendino vel ei, que Abbatiſſa pro tempore fuerit, annis ſingulis — perſoluendas — —. Preterea volumus quod anniuerſarium et memoria ſtrenui militis, Domini Frederici de Aluenſleue, noſtri fratris dilecti, qui ob ſue anime remedium nobis in huiuſmodi reddituum emptione cooperatus eſt, — — peragatur — —. Actum et datum Halberſtad, Anno domini M. CCC. XIII., ſequenti die beate Agathe virginis. —

Nach einer Abſchrift aus dem Copial-Buche des Burchard-Kloſters in Wohlbrück's Excerpten.

XXIV. Die von Alvensleben bekunden, daß Propſt und Convent des Kloſters Schöningen ihnen den Zehnten zu Solingen auf 11 Jahr überlaſſen haben, am 26. Mai 1313.

Nos Hinricus, Fredericus, fratres, Geuehardus filius ejuſdem Hinrici et Hinricus filius jam dicti Frederici, milites, dicti de Aluenſleue, tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtando, ab honorabilibus viris domino prepoſito et conuentu monaſterii in Scheninghe prouentus totalis decime in Solinghe excepta decima, que vulgariter dicitur Smale thegede, undecim annis eoſdem prouentus ejuſdem decime habendos, tollendos pro centum marcis puri et quinquaginta marcis Stendalgenſis argenti emendo comparaſſe. Elapſis vero eiſdem undecim annis ipſa decima cum prouentibus ſuis ad eoſdem ſcilicet prepoſitum et conuentum abſque contradictone vel obſtaculo libera reuertetur. Vt autem hec prefcripta rata et inuiolabiliter obſeruentur a nobis noſtriſque heredibus, promiſimus et promittimus una cum fidejuſſoribus noſtris Lodewico de Wanſleue et Henrico dicto Schencken de Vlechtinghe in fedus firmum tenendum data fide. Si vero prefatorum fidejuſſorum aliquem premori contingerit medio tempore, alium loco ejuſdem ſecundum voluntatem ſepe dictorum prepoſiti et conuentus ſtatuendo ſiſtamus. Teſtes huius rei ſunt Ericus de Eſbeke, Friedericus de Nendorp, Thilo de Gropendorp, milites, Hinricus Hudere, Thilo de Nendorp, famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. tertio decimo, VII Kal. Junii. In cuius rei teſtimonium noſtra ſigilla una cum ſigillis noſtrorum fideiuſſorum preſentibus ſunt appenſa.

Gercken's Dipl. II. 437.

XXV. Biſchof Albrecht von Halberſtadt ſchenkt den deutſchen Rittern die von Heinrich und Friedrich von Alvensleben erkauften Zehnthebungen zu Bergen bei Rodensleben, am 19. Oktober 1313.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Albertus, dei gracia halberſtadenſis eccleſie Epiſcopus, Heynricus, prepoſitus, Fredericus, Decanus, totumque eiuſdem eccleſie Capitulum Vniuerſis criſti fidelibus preſencia uiſuris ſeu auditoris ſalutem in perpetuum. Vt ea, que perpetue diſponuntur permanſura, robur perpetuitatis obtineant, expedit ea uiuacitate litterali et fideli teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod cum religioſi uiri Commendator terre ſaxonie et ceteri fratres ordinis teutonice de noſtra vnanimi voluntate et beneplacito decimam quindecim manſorum et dimidii cum ſeptem iugeribus, ouerlant uulgariter nuncupatis, cum omni iure, adiacentibus ville Berghe et campis, a ſtrenuis militibus Hinrico et Frederico de aluenſleue, qui a nobis et ab eccleſia noſtra iam dudum in pheodo tenuerunt, licite redemiſſent, quam quidem decimam per voluntariam reſignationem predictorum militum in noſtra manu liberam tenentes, Commendatori terre ſaxonie ceteriſque fratribus domus theutonice antedictis necnon eorum ordini vna cum proprietate dicte decime donauimus, diuini amoris intuitu, pure et ſimpliciter per preſentes tranſtulimus in eoſdem perpetue poſſidendam. Verum ut preſens donacio noſtra et tranſlacio perpetue firmitatis exiſtat, in euidens teſtimonium predictorum noſtrum et Capituli noſtri ſigilla preſentibus duximus apponenda. Huius rei teſtes ſunt Dominus Wernerus de Wanzleue, noſtre eccleſie Camerarius, Frater Heydenricus, plebanus in berghe, Lodewicus de Wanzleue, miles, Conradus, capelle rector in blank: et quam plures alii clerici et layci fidedigni. Datum halberſtad, Anno domini M°. CCC°. XIII°. In craſtino Luce.

Nach dem Originale im Guts-Archive zu Bergen, vom Herrn Hofcammerrathe Steinkopff mitgetheilt.

XVI. Herzog Albert von Braunſchweig erklärt, den Rittern Heinrich und Friedrich von [A]lvensleben mit dem ihnen verpfändeten Schloſſe Jerxheim keinerlei Vogtei, Grafſchaft oder Beſteuerungsrechte über Beſitzungen der Kirche St. Blaſien zu Braunſchweig eingeräumt zu haben, am 19. Auguſt 1313.

Nos Dei gratia Albertus, Dux in Bruneſwich, — — recognoſcimus — — quod in [o]bligando caſtrum noſtrum Gerkſem, diſcretis viris Henrico et Frederico de Alvenſleve, [mi]litibus, et ipſorum heredibus, non coobligauimus cum eodem caſtro nec occaſione ejuſdem [o]bligationis indulſimus ſeu indulgemus ipſis aliquam advocatiam, comitiam aut petitiones aliquas [ſe]u ſervitia in hominibus et in bonis Canonicorum eccleſie ſancte Blaſii in Bruneſwich — —

ubicunque jacentibus tam in villis quam in campis circa caſtrum ſupra dictum — — —. Datum Anno Domini M. CCC. XIII., Quarto decimo Kal. Septembris.

Vollſtändig in Rehtmeyer's Braunſchw. Kirchen-Hiſt. Supplém. S. 84.

XXVII. Biſchof Albert von Halberſtadt und ſein Domcapitel überlaſſen auf Antrag Heinrichs und Friedrichs von Alvensleben dem Kloſter Marienthal den Zehnten aus Gunsleben, am 11. Oktober 1314.

Albertus, dei gratia Halberſtadenſis Eccleſie epiſcopus, Hinricus, prepoſitus, Totumque eiuſdem Eccleſie Capitulum — — Decimam noſtram in Gunnenſleue ad inſtantiam et promotionem honeſtorum ac ſtrenuorum Militum, Scilicet Hinrici et Friderici, fratrum, dictorum de Aluenſleue — — donamus et offerimus cum omnibus ſuis appendiciis tam in villa quam in campis — — Abbati et Conuentui Monaſterii vallis Sancte marie — — ſicut eam a diebus antiquis noſtra poſſedit Eccleſia, in ius proprium et proprietatem perpetuam — —. Datum et actum Halberſtad, Anno domini M°. CCC°. Quartodecimo, Quinto ydus Octobris in noſtro Capitulo generali.

Nach Wohlbrück's Extract aus dem im Halberſt. Landesarchive befindlichen Original.

XXVIII. Die von Alvensleben verkaufen dem deutſchen Orden die bei Groß-Rodensleben befindliche Dorfſtätte Klinte, am 13. April 1315.

— — nos Hinricus, Fredericus et Gebehardus, et Gunterus, milites, dicti de Alvenſleven, recognoſcimus, — — de voluntate unanimi, et conſenſu omnium noſtrorum heredum vendidimus villam ſeu locum ville in Klinte, habentem XII magnos manſos, ſoluentes annuatim VI marcas, decem ſitos in campo eiuſdem, ac duos in magno Rodenſleve cum omnibus bonis, iuribus, uſibus, attinentiis, viis et inviis, ſtratis, paſcuis, nec non pratis, aquarum meatibus, pro centum et ſeptuaginta marcis Stendalienſis argenti, fratri Borchardo de Winnigſtede, Ordinis domus Theutonice Commendatori per Saxoniam, ceteriſque fratribus eiuſdem ordinis Iheroſolymitani Sancte Marie libere in perpetuum tenendum, habendum et poſſidendum, ipſamque venditionem firmam habentes cunctis temporibus warandabimus ipſis, prout de iure fuerit faciendum, obligantes nos firmiter per preſentes, una cum ſtrenuis militibus, Domino Ludovico, Guncelino, dictis de Wanſleve, non ſolum uniformiter, imo et quilibet noſtrum ſingulariter in ſolidum,

ad agendum, faciendum, ordinandum quatenus infra duos annos a feſto Sancte Walburgis proximo inſtante computandos, predictis commendatori ac ceteris fratribus antedictis donetur proprietas dicte ville Klint, cum ſuis iuribus et attinentiis, ac poſſeſſio rei donate in ipſos legitime tranſferatur, alioquin cum premiſſa pecunia, videlicet centum et ſeptuaginta marcis, — — reemere debebimus omni dilatione ſemota. Porro bona predicta et univerſa que ab ipſis provenire medio tempore poterunt, ad uſus ordinis et fratrum ſervabimus inconcuſſa. Inſuper ſi ex nobis interim quiſpiam ad Chriſtum migrare contigerit, alius in fideiuſſorem equivalens ordinetur. Actum et datum in Oldenhuſen, Anno Domini MCCCXV, Idus Aprilis. Preſentibus viris religioſis et ſecularibus militibus plurimis fide dignis. In quorum omnium teſtimonium — —.

Nach einer aus dem Archive der Ordens-Commenthurey zu Lucklum erhaltenen Abſchrift, in Wohlbrück's Sammlung.

XXIX. Die Ritter Friedrich, Gebhard und Heinrich von Alvensleben verkaufen den Johannitern zu Werben Hebungen aus Räbel und Wolfswinkel, am 5. Februar 1318.

Ad geſte rei memoriam, Nos Fredericus, Gheuehardus, Hinricus, milites, dicti de Aluensleue, recognoſcimus in hiis ſcriptis lucidius proteſtando et ad preſentiam tam futurorum, quam modernorum cupimus peruenire, quod maturo prehabito deliberationis conſilio et cum conſenſu plenario et perfecto omnium heredum noſtrorum legitimorum, vendidimus militibus cruciferis et fratribus ordinis Hoſpitalium S. Johannis in Werben decimam in frugibus cedentem annua penſione de XII manſis in campo ville dicte Röbele adjacenti et in campo adjacenti ville dicte Wolueswinckel pro CC marcis argenti Stendalgenſis et ponderis ejusdem, abſque precaria danda et omni cenſu ſub libertatis tytulo optinendo et perpetue poſſidendo, quemadmodum nos huc vſque ab illuſtri principe domino noſtro Marchione poſſedimus libere et quiete. Item profitemur nos milites prenominati, quod dictis fratribus ordinis S. Johannis literas patentes domini noſtri Marchionis Brandenburgenſis ſuper tali libertate et tanta abſque omni dubio ordinabimus procurando. In cujus rei teſtimonium et euidentiam pleniorem noſtrorum appenſione ſigillorum preſentem paginam ſtatuimus roborari. Datum Arneborch, anno domini M°. CCC°. XVIII°., in die B. Agathe virginis et martiris.

Gercken's Dipl. I, 299.

XXX. Die von Alvensleben verzichten gegen das Kloſter Schöningen auf den fernern Genuß des Zehnten zu Söllingen, am 3. Auguſt 1319.

Nos Fredericus, Ghenehardus et Heynricus, milites, de Aluensleue, recognoſcimus preſentibus lucide proteſtantes, quod nos ab honorabilibus viris ſiue dominis prepoſito et conuentu S. monaſterij beati Laurentij in Scheninge emimus fructus totalis decime in campis Solinghe, exempta decima animalium, que vulgariter Smal thegede dicitur, fructus hujusmodi decime XI annis ſuſtulendos, quos fructus ſex annis ſuſtulimus, fructus vero quinque reſiduorum annorum pretactis dominis prepoſito et conuentui vendendo dimiſimus pro LXXX marcis argenti Stendal. Nichilominus nos et noſtri heredes legitimi ſupra hujusmodi decima atque fructibus renunciationem ſiue repudium facimus predictis in ſepedicta decima in nullo impediendo. Preterea nos Fredericus, Ghenehardus et Heynricus prefati proteſtamur, quod nos quemcunque vel quoscunque qui hanc decimam a predictis emendo comparauerint in nullo impedire volumus ſed magis promouere. In cujus rei teſtimonium preſentem literam noſtris ſigillis fecimus ſigillare. Datum et actum anno domini M°. CCC°. XIX°. in craſtino . . . . Beati Stephani.

Gerden's Dipl. II, 439. 440.

XXXI. Die Ritter Gebhard und Heinrich von Alvensleben überlaſſen das Dorf Böddenſtedt der Stadt Salzwedel, am 26. Auguſt 1321.

Nos Genehardus et Henricus de Aluenſleue, milites, recognoſcimus preſentibus omnibus preſens ſcriptum viſuris cupimus et volumus eſſe notum, Quod nos honorabilibus viris et diſcretis Conſulibus civitatis Soltwedele preſenti littera reſignamus villam Bodenſtede cum omnibus prouentibus, fructibus et redditibus, iurisdictione atque iure eiuſdem ville, ſicut ea villa iure hereditario per noſtros parentes ſalutaris recordationis hereditata in nos deuoluta exſtitit et ſicut eam villam habuimus uſque in hunc diem, facientes preſentibus reſutationem ſuper prefata villa, redditibus et prouentibus uniuerſis. In huius rei euidentiam preſentem litteram noſtris ſigillis fecimus roborari. Datum Veuelinge, anno domini M°. CCC°. XXI°. quarta feria poſt feſtum Bartholomei apoſtoli.

Gerden's Dipl. I, 806. 807., Cod. VIII, 456.

XXXII. Die von Alvensleben verkaufen ihren Hof in Butterhorſt dem Kloſter zum heil. Geiſt in Salzwedel, am 3. Februar 1323.

— — — — Hinc eſt quod nos fratres predicti recognoſcimus — quod de noſtrorum conſenſu heredum legitimorum vendidimus viris religioſis prepoſito et Conuentui Monaſterii ſancti Spiritus prope Soltwedele Curiam noſtram in villa Horſt iuxta Altmerfleue ſita, de qua curia ipſis eciam pactum dare conſueuimus. Totamque precariam tocius ville Horſt memorate Ac noualia que pater noſter — et nos noſtris ſumbtibus nouari fecimus ibidem, precipue dhe hulſenſchen horſt, cuius fundus ad prefatam villam horſt pertinebat, pro triginta marcis argenti Stendaligenſis — perpetuis temporibus poſſidenda. — Teſtes — ſunt ſtrenui viri Dominus Bernardus et Dominus Wernerus de Schulenborch, fratres Milites, Bodo de Walſtoue, caſtellanus in Soltwedele, ac Bodo in Caſtro Walſtoue reſidens, famuli. Datum Caluis, Anno Domini M°. CCC°. XXIII°. proxima die purificationis Marie virginis glorioſa.

Aus einem Copialbuche fol. 57, in Danneil's Kirchengeſchichte der Stadt Salzwedel S. 8. 9. Nr. 14.

Anm. Anfang fehlt, da ein Blatt ausgeſchnitten iſt. Daß aber die Familie v. Alvensleben die Ausſteller ſind, erhellet theils aus dem Orte, wo die Urkunde ausgeſtellt iſt, theils daraus, daß in Horſt dieſe Familie faſt allein nur begütert war. Das Dorf Horſt heißt übrigens jetzt Butterhorſt.

XXXIII. Das Domcapitel zu Halberſtadt bekundet, von den Hinterbliebenen Friedrichs von Alvensleben eine Geldſumme zur Feier ſeines Jahrestages empfangen zu haben, am 1. Mai 1323.

Henricus, dei gratia Prepoſitus, totumque Capitulum eccleſie Halberſtadenſis — Gertrudis relicta quondam Frederici de Aluenſleue bone memorie et filius ipſius Henricus, miles, de Aluenſleue — — pro remedio anime ejuſdem Frederici deſiderantes prouidere ſaluti, donauerunt eccleſie noſtre quindecim marcas pro ipſius anniuerſario in eadem noſtra eccleſia perpetuo peragendo — — —. Actum et datum anno M°. CCC°. XXIII. in die — Phylippi et Jacobi.

Nach dem in dem Halberſt. Dom-Archive befindlichen Originale, aus Wohlbrück's Abſchrift.

XXXIV. Albrecht von Alvensleben verkauft den Zehnten von 24 Hufen zu Althaldensleben dem daſigen Kloſter, am 15. Juli 1323.

Ego Albertus, miles, de Aluenſleue nuncupatus, vnaque Gheuehardus, famulus, patruus ejuſdem, — — ob noſtram penuriam et egentiam totalem, decimam ad nos pertinentem in campo et villa veteris Haldenſleue — — vendidimus ſanctimonialibus veteris Haldenſleue cenobii pro quadraginta et ducentis marcis Stendalienſis argenti — —. Anno domini M°. CCC°. XXIII°. in diuiſione apoſtolorum.

Nach einer Abſchrift in dem Halberſt. Dom-Archive, aus Wohlbrück's Sammlung.

XXXV. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, belehnet Albrecht von Alvensleben mit der Bede aus den Dörfern Kalehne, Velgow und Zehtling, am 27. Januar 1324.

Wie Agnes, von der gnade Goddes Hertoginne tu Brunſwich, bekennen vnd betughen in diſſeme ieghenwardin breue, dat we dem eraſtheghen Riddere Hern Albrechte van Aluenſleue vnde ſinen rechten eruen hebben gheleghen vnde lyen in diſſem breue de gancen bede an pennighen vnde an korne in diſſen dren Dorpen tu Kalene, tu Velghowe vnde tu Cethlinghe tu rechteme lehne. Ok hebbe we ghelegen vnde lyen de ſeluen gancen bede der eraſthegen vrowen vern Oden, ſiner husvrowe, tu rechteme lifghedinghe an penninghen vnde an korne in diſſen dren Dorpen, de hir vor ſint benomet vnde beſcreuen. Vppe dat diſſe vorbeſcreuen dingh ganz ſtede vnde vngewandelt bliuen, ſo hebbe we dem vorbenomeden hern Albrechte, vnſem truwen Ryddere, vnde ſiner husvrowen, vern Oden, vorbenomit, vnde ſinen rechten eruen diſſem bref darup ghegeuen, beſeghelet mit vnſeme Inghebeſeghele. Diſſer dingh ſint Tughe her Ghereke von Kerkowe, her Conrat von Oſterborch, her Gheuehard von Aluenſleue, her Heyſe van Vflere, vnſe ryddere, her Koningh, vnſe Cappellan, Henning van Buch vnde Frytze van Vincelberch, vnſe Marſcalch, vnde andere gude lude nuch, de man wol louen mach. Dit is gheſcen vnde diſſe bref is ghegheuen tu Tanghermunde, na der bort Goddes duſint iar, drehundert iar, in deme vyer vntwinthegheſten iare, vridaghes vor vnſer vrowen ſente Marien daghe lychtmyſſen.

Gercken's Cod. II, 634.

XXXVI. Gebhard von Alvensleben verkauft an die von Bartensleben das Dorf Eischott nebst Zehnten zu Hehlingen, am 2. März 1324.

We Gevehard van Alvensleve, ridder, vnde Hannes van Alvensleve, knecht, dessilven Hern Ghevehardes Sone, don witlik — — dat wy hebben verkofft mit gudem willen Hern Günzelline vnde Hern Borchardе van Bartensleve dat Dorp to Eyscot, den thegeden to lütken Helinghe vor achten achtz marck Stendalsches Silvers . . . . ., ouch lowe wy en dat, in dissen gegenwerdigen breve, dat wy en dat gud scolen verlaten to vnsen heren, wen se et van vns eyschen — — —, gegheven na Godes bort Dusent iar, Drehundert iar, in dem ver vn twintegesten iare, in den achteden dage sünte matthie.

Zarnack Alvensl. Gesch. I, 477.

XXXVII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, belehnt Albrecht von Alvensleben mit dem Schlosse Calbe, am 22. Juli 1324.

Wi von der gnade Godes Agnes, Herthogynne tu Brunswik, bekennen in dessеme opene briue, Dat wi ghelegen hebben deme achtbaren riddere hern Albrechte von Aluensleue dat Hus tu Calue myt der Stat vnde mit den Dorpen, dy dar tu lighen, myt holte vnde an velde, an weyde vnde myt aller nut vnde myt aller wrucht, alsо her Johan vnde her Heinic von Crochern dat vorbenumede Hus tu Calue opgesant hebben myt hern Berndes briue von der Sculenborch, vnde wat wy von rechte dar an tu ligende hebben. Des lint tuch, her Diderich, her Berent vnde her Werner von der Sculenborch vnde Frederic von Vincelberg, vse Marscalk. Tu eyme orekunde dysser sake, so hebbe wy laten dyssen brif besegelen myt usme Ingesegele. Disse brif is geuen nach Godes bort Dusent iar, dri hundert iar, in deme vir vntwintichsten iare, in sunt Marie Magdalenen dage.

Gercken's Cod. VI, 634.

XXXVIII. Heinrich und Friedrich von Alvensleben und Arnold Stammer versprechen, das früher von den Markgrafen von Brandenburg zu Lehn getragene, jetzt von dem Erzbischof zu Lehn gehende Dorf Wedringen, diesem zu Gunsten des Klosters Althaldensleben zu resigniren, am 25. Mai 1328.

Nos Henr
Aluensleue, eiu

Al is Stamere, milites, et Fredericus de
— — coniuncta manu domino prepósito Clausstri

Veteris Haldeſsleue — — ad manus clauſtri prenominati promiſimus, cum primo dominus noſter Archiepiſcopus Magdeburgenſis venerit Magdeburg vel alias, vbi ipſum habere poterimus, in termino trium menſium poſt eius aduentum, villam Wederinge — —, quam prefato clauſtro vendidimus, cum tali iure, ſicut eam de illuſtribus principibus Marchionibus Brandenburgenſibus habuimus, et nunc de domino noſtro Archiepiſcopo Magdeburgenſi prenotato habemus, ab eodem domino noſtro Archiepiſcopo perpetuo poſſidendam — — ordinare. Datum anno domini M°. CCC°. XXVIII°. in die Vrbani pape.

Nach einer Abſchrift in dem Halb. Dom-Archive, aus Wohlbrück's Sammlung.

XXXIX. Albrecht von Alvensleben zu Calbe macht mit Einwilligung ſeiner Söhne und ſeiner Tochter Mechtild, vermählten von Redern, im Kloſter Marienthal eine Stiftung, am 12. März 1334.

Albertus, miles, dictus de Aluenſleue, reſidens in Calue. — — habito pleno et expreſſo conſenſu heredum ac filiorum meorum, videlicet Alberti et Frederici, ac Mechtildis filie mee, vxoris famuli dicti Rhedere, nec non aliorum omnium, quorum conſenſus fuerat requirendus, ob remedium anime mee ac parentum meorum — — contuli ac preſentibus confero religioſis viris Domino Abbati et conuentui in Valle Sancte Marie — — vnum ſolidum Helmſt. denariorum ac vnam partem ſeu fruſtum durum ſalis cenſus perpetui in ſalina oppidi Sceninge, quem videlicet cenſum dicti religioſi qualibet ebdomada perpetuo die ſabbathi percipient, et cum omni iure, quo ego et progenitores mei a retroactis temporibus ipſum habuiſſe ac percepiſſe dinoſcimur libere ac in omni tempore poſſidebunt. — — Ipſi vero dominus Abbas et conuentus prefati huius mei beneficii non immemores, me omnium ſuffragiorum ac bonorum operum, que apud eos fient, perpetuo participem fecerunt, et preter hec omnia decreuerunt de bona et liberali voluntate ſua, vt in capella ſanctorum Felicis et Adaucti, in qua vxores mee ac conſanguinei ſepulti ſunt, vigilie et miſſa die quolibet — — celebrentur in perpetuum, ad quas ſcilicet vigilias et miſſam collecta ſpecialis dicetur, ac mei, parentum, vxorum et liberorum meorum ingis memoria recoletur. Teſtes horum ſunt Dominus Borchardus de Aſſeborch, reſidens in Esbeke, Borchardus, filius dicti militis, Wasmodus de Scheninghe, Gotfridus Buſchekeſte, famuli; Item diſcreti viri Henningus Soltgrauius, Jo[illegible]es, Cath., Fricko, Var., Thilo et Joh. dicti Buſere, Henr. dictus Heydeber, ciues in Sc[illegible]ge. — — Datum et actum in Calue, anno domini milleſimo trecentesimo tricesimo quarto, [illegible] e Gregorii pape.

Nach einer im Hamburg. Archive befindlichen [illegible] Wohlbrück's Sammlung.

XL. Die von der Schulenburg verkaufen das Dorf Stichelhuſen an Huner von Odem unter Mitverpflichtung der von Alvensleben, am 20. April 1337.

In omnipotentis nomine Amen. Nos Fridericus et Bernardus, fratres, milites, Wernerus, filius Thiderici militis, et Wernerus, filius Bernardi militis, famuli dicti de Schulenborgh, preſentibus recognoſcimus et teſtamur, quod vnanimi conſenſu et voluntate heredum noſtrorum diſcreto viro Hunero de Odem, militi, et ſuis heredibus vendidimus villam Stichelhuſen intus et extus cum omnibus ſuis iuribus, uſufructibus, paſcuis et nemoribus, aqueductibus et proventibus, ſicut nos eadem poſſedimus, tenuimus et habuimus in hunc diem perpetuis temporibus poſſidendam, nihil juris in eadem nobis reſervantes ad faciendum cum ea et dimittendum quidquid decreuerit in futuris temporibus faciendum. Super omnibus premiſſis firmiter ſervandis nos prefati cum Gheuehardo de Aluenſleue milite compromittimus vnita manu data fide in ſolidum preſcripto domino Hünero, militi, et Gheuehardo, ſeniori, et Gheuehardo, juniori, famulis, quod cuncta incidentia, que nos de jure tangere poterint, ſi moniti fuerimus, ſub noſtris laboribus et expenſis disbrigamus, ad quod nos et heredes noſtros in ſolidum obligamus feudumque et bonum ad vtilitatem eorum ſervamus donec illud conſequi poterint, tunc cum moniti fuerimus coram dominis feudi ea deſignamus. Datum ſub noſtris ſigillis anno domini M°. CCC°. XXXVII°. in die paſce.

Gercken's Fragm. march. II, 49.

XLI. Berthold von dem Kneſebeck verkauft an Gebhard von Alvensleben die Dörfer Kuſiz und Rowiz, am 8. Januar 1339.

Ick her Bertold vamme Kneſebeke, riddere, vnde mine Eruen bekennen vnde betughen in diſſeme openen breue alle den, de one ſet edder horet, dat it hebbe verkoſt enen rechten cop Kuſiſſe vnde Kouiſſe, de twe dorp, mit alleme rechte alſe ic ſe beſeten hebben, heren Gheuerde van Aluenſleue vnde ſienen rechten eruen vnde ſchal ir en rechte werent weſen wor on not is, dat bethugh ic mit minen inghefegle, dat to ener groteren bekantniſſe ghehengt is an diſſem ſuluen breef, de ghegeuen vnde ſcreuen is na Godes bort druttein hundert jar, in deme neghen vnde drittegeſten jahre, des neyſten vridaghes na twelften.

Gercken's Dipl. II, 442.

XLII. Biſchof Albert von Halberſtadt vertauſcht an den Erzbiſchof von Magdeburg Zehnten zu Bornſtedt, welche die von Alvensleben zu Lehn trugen, am 13. Januar 1339.

Nos Otto, dei gratia Sancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus — — de communi conſilio — — Hinrici, prepoſiti, Arnoldi, decani, et Capituli Eccleſie noſtre — — proprietatem et directum dominium decime fructuum excreſcentium in villa et campis Gunnenfleue, Halberſtadenſis dioceſis — — prout proprietas et dominium decime ſupradicte, quam honeſti famuli Conradus et Godfridus, dicti Buſchekeſten, a nobis et Eccleſia noſtra predicta habuerunt et tenebant in feudum, ad nos et Eccleſiam noſtram hactenus pertinebant, ex cauſa permutationis donamus — — domino Alberto Halberſtadenſi — — Epiſcopo, ſuo capitulo et eccleſie Halberſtadenſi predicte perpetuis temporibus poſſidenda. — — A qua proprietatem et directum dominium decime fructuum excreſcentium in campis et villa Bornenſtede cum ſuis iuribus, prout decimam huiusmodi famoſus Miles Hinricus de Aluenfleue, Buſſo, Miles, ac Fritzo, famulus, ſui filii, ab eadem Halberſtadenſis Eccleſia in feudum hactenus habuerunt, ex cauſa permutationis eiuſdem eueſtigio dinoſcimur recepiſſe. — Datum Anno domini M°. CCC°. XXXIX°., in die beati Remigii confeſſoris.

Nach dem in dem Landesarchive zu Halberſtadt befindlichen Originale, aus Wohlbrück's Abſchrift.

XLIII. Johann von Alvensleben d. J. verpfändet der Frohnleichnamscapelle vor Schwanebeck einen Obſtgarten, am 14. October 1339.

Ego Joannes, junior, eccleſie Halberſtadenſis dapifer, dictus de Aluenfleue — — recognoſco — — quod cum ſcitu et conſenſu Joannis, fratris mei ſenioris, et omnium verorum heredum ſeu coheredum meorum, pomarium meum cum ſpatio ſibi continuo annexo, quod dicitur perrich, cum omni ſuo jure — — Capelle corporis Chriſti prope Schwanebeck — — obligem pro quatuor marcis uſualis argenti — — adiecto tamen quod ſingulis annis in feſto Dyoniſii predictum pomarium ad me libere reuertatur — — —. Actum et datum Anno Domini M. CCC. XXXIX. fer. IV. poſt diem beate Dyoniſii.

Aus dem Copialbuche des Burchardi-Kloſters, nach Wohlbrück's Abſchrift.

XLIV. Ritter Heineke von Alvensleben begiebt ſich aller Anſprüche gegen die Herzöge Otto und Wilhelm von Lüneburg auf Lüchow und deſſen Zubehör, am 6. Juli 1340.

We her Heineke van Aluenſleue, ridder, bekennen openbar vor alle dhen, de düſſen breu horen vnde ſen, dat we hebben vorthegen alles rechtes vnd anſprake, de we hadden weder uſe heren herthogen Otten vnde herthogen Wilhelmen van Luneborg, broderen, den Erbaren vorſten vnde ehren Eruen, an Luchou vnde an alle dat, dat dar tho horde vnd allerleie Gud vnde Louede vnde ſculde vnde allerleie ſtücke, dar we ſe vmme ſculdeghet hebben, der hebbe we ene rechte aftichte dan vnde ene Sone we vnde vnſe rechten Eruen vnnd alle de, de ſe van vnſer weghene vnde van Erues weghene dar vmme anſpreken mogten, vor den allen wille we des ehre rechte ghewere weſen, vnde we ſcullen en alle deghedinge to gude holden vnde to den beſten keren mit guden trouwen. Alle deſſe dingh loue wi in trouwen in deſſeme breue, dar vnſe Inghefegele to hanget, den vorbenomeden Vorſten vnde ehren Eruen vor vns vnde vnſe Eruen to holdende etc. Vnde we Otto, von Goddes gnaden Erzebiſchop to Magdeborg, vnde we Rudolf, hertog to Saſſen, Otto, ſin ſone, vnde her Alf van Waldeke bekennen vnnd betughen in deſſeme breue, dar vnſe Inghefeghele to hanget, dat her Heineke van Aluenſleue, ridder, vor ſich vnde vor alle ſine Eruen ene rechte ſone ane ghan heft mit vnſem leuen Ohmen den Hertogen von Luneborg vmme alle Schelinge, vnd dat he en de Sone in trouwen heft ghelouet vnde befeghelt vnde bebreuet, vnnd de ſüluen Sone hebbe we deghedinget helpen alſo, alſe hir vor ſcreuen is. Ouer deſſer Sone hebben ok ghewefen her Gerlach von Honuels, dombere to Magdeborg, her Günzel van Bartenſleue, her Ghere van Byre, her Hannes de Marſchalk, her Henning van Steynuorde, her Jan Schencke, her Hinrick Knigge, her Hilmer van Oueſſuelde, her Harneyd van Marnholte, her Albert Bokmaſte, her Paridam van dem Knefebeke, her Boldeuin van Bodendike, her Ludolf van Campe vnnd her Manegold van deme Berghe, riddere. Dit is geſcheen to Oueſuelde, na Goddes bord duſend jar, drie hundert jar, in deme verthegenſten iare, in deme achteden dage der hilghen Apoſtele petri et pauli.

Gercken's Dipl. II, 609—611.

XLV. Albert und Friedrich von Alvensleben auf Calbe verſprechen dem Rathe zu Stendal, auf die ihm von ihrem Vater verſetzten Beſitzungen in Oſtheeren keine Anſprüche zu machen, am 24. April 1342.

Nos Albertus et Friedericus, fratres, dicti de Aluenſleuen, reſidentes in Calue, in preſentibus recogno[illegible]o [illegible]ur, quod per fidem noſtram et inſolidum promiſimus diſcretis viris conſulibus [illegible] in Stendal, quod nos et noſtri heredes ipſos pro bonis

in Oſtheren. que pater noſter ipſis poſuerat. impetere ſeu etiam ipſos impetitionem aliquam aut aliqua placita opponere non debeamus. In cuius teſtimonium noſtra ſigilla preſenti littere ſunt appenſa ſub anno domini M°. CCC°. XLII°., in vigilia beati Marci Euangeliſte.

Gercken's Dipl. I, 67. 68.

XLVI. Markgraf Ludwig belehnt Albert und Friedrich von Alvensleben und verſichert ſie ſeines Schutzes in allen ihren Rechten und Beſitzungen, am 19. Januar 1344.

Nouerint uniuerſi tenorem preſentium inſpecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio etc. — attendentes fidei puritatem et conſtantiam ſtrenuorum virorum Alberti et Friderici, fratrum de Aluensleuen, fidelium noſtrorum dilectorum, ipſis heredibuſque ſuis veris et legitimis ex mera noſtre mentis beneuolentia contulimus preſentibuſque conferimus ſingula et uniuerſa bona qualitercunque nominata, per paternam ſucceſſionem ſiue deuolutionem ad ipſos deuoluta, a nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet tenenda pariter et habenda. Volentes ipſos pre ſingulis iniuriosis et violentis inſultibus tanquam ceteros noſtros fideles et ſubditos pro ipſorum iuribus, cuius poſſe nobis reſeruauimus, noſtriſque viribus tueri et efficere defenſari. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes vero huius ſunt Nobiles viri Chunradus, Dux de Deck, Vlricus, Comes de Lindowe, ſtrenuique milites Johannes de Hauſen, Camere noſtre magiſter, Wilhelmus de Bombrecht, pincerna noſter, Otto de Helbe, ac ſtrenui viri Haſſo ſenior de Wedel, Marquardus Loterbek et Gerekinus Wolf cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Hauelberg, anno domini M°. CCC°. XL°. quarto, feria ſecunda proxima ante diem beate Agnetis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CXXVII. und Gercken's Cod. V, 635.

XLVII. Markgraf Ludwig verleiht an Albert von Alvensleben Schloß und Stadt Calbe und das Dorf Weſchern, am 25. Januar 1345.

Dominus contulit alberto de aluenſleuen caſtrum et ciuitatem calue, cuius tota forma, ſi neceſſe fuerit, inuenietur in alio quaterno. Datum Berlyn, anno M°. CCC°. XLV°. feria III, die Conuerſionis Sancti Pauli.

Dominus contulit eidem villam weſchern cum redditibus eiuſdem ville ad XII frusta ali-

tis. Teſtes ut ſupra, datum ut ſupra. (Teſtes wolfftein, Swyker, huſener, hele, pinrna, cum ceteris. Datum Berlyn, anno M. CCC. XLV.)

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLVI. u. CLVII.

VIII. Magnus und Magnus, Herzöge von Braunſchweig und von Lüneburg, verpflichten ſich durch ein Darlehn Henneke und Buſſen von Alvensleben mit dem Schloſſe Errleben auf drei Jahre zum Beiſtande, am 14. Mai 1346.

We Magnus et Magnus, iunior, Hertoge to Brunſwich vnde Luneborch etc., we mit den ſtrengen riddern hern heneken van Aluenſleue vnde mit hern Boſſen, m ſone, vmme ore hus to Arxleuen ghedegedinget hebbet in der wys, alſe hyr na beſcre- ſteit, dat ſe vns vnde vnſen eruen mit demſuluen hus to denſte ſitten ſchullen vpp allermalkem vpp vnſen ſwager, den Marggrauen van Brandeborch, vnde vpp de van Aluenſleue, e de van Wantzleuen vnde ane vpp hern fritzen van wederde vnde gherarde, ſinen der. Were, dat vns weder de wes not were, mochten ſe vns van den bynnen veer weken htes helpen, dat ſcolde we nemen; mochten ſe des nicht don, ſo ſcolden ſe vs na den veer ken mit dem ſuluen hus behulpen weſen vppe ſe, alze vpp andere lude, ane vpp vnſen ſwager, Marggrauen van Brandeborch, vorbenomt. Were it ok, dat de vorbenomten van ienſleue, van Wantzleuen edder de van Wederde dorch ieniges forſten edder dorch iges herren willen vnſe vyande werden wolden, ſo ſcolden ſe vs ok mit dem ſuluen hus vppe alze vpp andere lude behulpen weſen. Hyr vmme hebbe we den ſuluen hern heneken vnde n Boſſen twe hundert marck brandeborgeſch ſuluers gelegen, der ne mogen ſe, noch ne ullen vs bynnen dren iaren de to pinxſten, dat nu erſt tokomende is, na der vtgifft deſſes bre- anſtan ſchullen, nicht weder geuen. Welke thyd ſe auer na den dren iaren vs de penninge weder ien wolden, ſo ſcolde we ſe nemen in der ſtad to helmeſtede vnd ſcolden ſe dar to gelei-, wanne ſe van vns dat eſſcheden, vnde wenne ſe vs de penninge gegeuen hebben, dar mede ullen ſe ores denſten mit dem hus van vs vnde van vnſen eruen ledich vnde los ſin. De wile auer vs de penninghe nicht weder gegeuen hedden, ſo ſcolden ſe vs vnde vſen eruen to allen len vpp allermalken mit deme hus behulpen weſen, alzo hyr vore geſcreuen ſteyt. Welke tyd ok vpp dat vorbenomde hus, ſo ſchullen we dat hus ſpiſen vnde mannen vnde vs der koſt derwinden, de vpp dat hus gan mach ſunder plochknechte vnde herde, de ſcolde de van Alnſleue ſuluen bekoſtegen. Welke tyd we ok van dem hus orledegeden vnde den biſſchopp n Magdeborg darvan an grepen, van dem dingelſe, dat vs dar van velle, ſcholden de vorbemten hern heneke vnde her Boſſen hundert marck brandeborgeſch ſuluers to varen nemen. ere it auer, dat we vs vorſoneden mid dem biſſchopp bynnen verteyn nachten, ehr de hundert rck vordinget worden, ſo ſcolden we on in den twen hundert marcken, vorbenomt, veſtich marck ſlan. Were it ok, dat twiſſchen dem biſſchopp van Magdeborg vnde vs orloge worde, ſcolde we on duſſe dorpp twe, Gemerſleue vnde bornſtede, to vredegude geuen, tigen

orem gude vnde wat ſe der geneten mochten, dar ſcholde we vir to helpen, wes we mochten. Were it ok, dat vs na der tyd, alſo we vns mit dem Biſchoppe van Magdeborg vorſonet hedden vnde de van Aluenſleue, vorbenompt, In dem orloge hundert marck van dem dingede genomen hedden, mit dem ſuluen biſſchoppe anderwerue to orlogende not were: ſo ſcholde we van dem dingede, dat vns denne velle, vifftich marck brandeborges ſuluers geuen ane de dorpp, de we on to vredegude gegeuen hebben, alſo hyr vore beſchreuen ſteyt, vnde dar mede ſcolde we ledich vnde los weſen on vortmer vmme ore denſte ienige penninge to geuende vnde ſcolden vs doch mit dem ſuluen ſlote vppe allermalken behulpen weſen, de wile dat ſe vns vnſer penninge nicht weder gegeuen en hedden. Wolde we ok mit iemande anders ane mit dem biſſchoppe van Magdeborg van dem vorbenomden hus orlegeden, wat vs in dem orlige van dingede edder van andern dingen vallen mochte, dar aff ſcholde we vir nichtes plichtes to gheuende ſin, de wile ſe vns vnſe penninge nicht weder gegeuen hedden, ane orch plochwerkes ſcolde we oir vredegud geuen. Were it ok, dat her Boſſe, vorbenomt, de wile dat deſſe degedinge twiſſchen vns vnde om ſtad, gevangen worde, des god nicht enwille, vnde de helffte des huſes dorch ſiner not willen vorſetten wolde, weme he dat ſette, dar ſcolde he vs vnde vnſe eruen ane bewaren, dat dat hus to vnſen noden vnſe opene hus bleue. Ok ſchullen we de vorbenomden hern heneken vnde hern boſſen ores rechten vordegedingen vnde ſchullen des van on vulle macht hebben. Were it ok, dat dat hus beſtallet edder vorbuwet worde, ſo ne ſcolde we vs mit deme, de dat gedan hedde, nicht vreden noch ſonen, dat enwere wederdan edder we endeden dat mit oreme willen. Were it ok, dat dat vorbenomde hus to Arxſleuen, de wile dat we dar van orlegeden, in vnſem denſte vorloren worde, des god nicht enwille, ſo ſcholde we on vnſe hus Jerxem mit alle deme, dat dar to hort, an de ſtede weder antworden alſo lange, dat we ore des huſes weder helpen mochten edder we ne makeden dat mit on anders, alzo dat dat ore wille were. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum anno domini M°. CCCXLVI. In dominica qua cantatur Cantate.

Aus einem im 14. Jahrhundert verfertigten, im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten Copialbuche.

XLIX. Gebhard von Alvensleben überläßt dem Pfarrer der Catharinenkirche in Salzwedel einen Hof in Bukewiſſe, am 15. Mai 1347.

Ick Geverd von Alvenſleve, Knecht, Herr Geverdes ſone, des Ridders, geheten von Alvenſleven, — dat ick recht vnd redelken verkoſt hebbe dem Parner vnnd der Kercken to ſunte Catharinen in der nyen Stadt to Soltvedel in deme Dorpe to Bukeviſze einen Hoff, dar nu inne wonet Heine von Winkler, einen Wiſchepel Roggen vnde achtein Soltwedelſche Penninge, ein Hon vnde den ſchmalen Tegenden mit allerlei deenſte, hogeſte vnnd liedeſte, vnde mit alleme Rechte, ewichlicken jummermehr to beſittende, alſo alſe we vnd vſe Vorfaren det vorſpraken Gut bet an deſſen dag beſeten hebben. Ick Gevard bekenne, dat ick vnd miene recht-

Erven deſſeme vorſpracken Parnere vnde der Kercken dat vorſpracken Gud to guder Hand holden will vnde ſchal, alſo lange, bet ſie den Egendom werſen mögen. Ock ſo lave ik Geverd vnde mine rechte Erven mit ſamender Hand mit minen Medelovern, de hier nah benomet ſtan, alſe Jan, Hinrich, mine Brodere, ock geheten van Alvenſleven, Hempo, Bodo, Brodere, geheten von Knefebecke, dat wie dem vorſproken Perner vnde der Kerken deſſes vorbenomeden Gudes willen vnde ſcholen ein recht Were weſen, — de gegeven is nah Godes bord duſend Jar, drehundert Jar, in dem ſeven vnd veertigſten Jare, am dingſtage vor Pingſten.

Gercken's Dipl. I, 318. 319.

L. Herzog Ernſt von Braunſchweig verſpricht dem Erzbiſchof von Magdeburg, das Schloß Alvensleben oder Hotensleben wieder auszuantworten, am 4. Juli 1351.

Wir von Gots gnaden Ernſt, Hertzoge zu Brunſzwig etc., Hertzogen Albrechts Sone, Bekennen offintlichen In diſzem Brive vor vns, vor Vern Elfebeten, vnſer elichen Husfrauwen, vnd vor vnſern rechten erbin, das wir vnſrem lieben In gote uater, Ertzbiſchoffe Otten, des heiligen Goteſzhuſz zu Magdeburg, ſinen nachkomelingen oder ſine Gotſzhuſz ſollen vnnd wollen wider antworten das huſz zu Alvenſleuen oder das Huſz zu Hotenſzleue, welcher das Huſz inne hetten, vnbekummert ledig vnd loſz vnnd mit alle deme, das dartzu horet, alſe her eſz hat geantwirdet, ane allerley widerrede vnnd vertzog, Das her vns geſatzt hat vor achtehalb hundert Marg vnd Nuntzhen Marck lodiges ſiluers vnnd Seſtehalb hundirt marck vnnd Zehen marg Brandemburgiſch ſiluers, die er vns von ſines Gotshuſes wegen ſchuldig iſt, Wanne her, ſyne nachkomlinge odir Gotshuſz vns oder vnſern rechten erben daſzelbe Geld betzalt hat vnnd geuuliget vnnd vns vnſer Schade erlegert iſt, ob wir den hir enbobin nemen In ſine vnnd ſines Gotshuſes Dinſte, den wir en redelichen bewiſten muchten, alſe die Briue luden, die er vns darübir hat gegeben. Vnd das Geld ſollen wir vnnd wollen en guden truwen oder ſime Gotshuſz helpen . . . . . mit vnſer macht In der Zcwier ſtede, eyn zu Helmerſtede adir zu Halbirſtad. Alle diſſe vorbenomden ſtucke reden wir en truwen ſtede vnd vaſt zu haldene ane allirley argeliſt, vnd gebin des diſſen Brieff zu Eyner beſſern Vrkunde vffinbarlichn beſigelt mit vnſerm angehangenen Ingeſigele Nach Gots Gebord dritzenhundirt Jar, In dem Eyn vnnd funfftzigſten Jare, an ſante Vlrichstage.

Nach Olearii Magdeburgſchem Copialbuche vol. 2, p. 265.

LI. Gebhard von Alvensleben überläßt dem Pardam von dem Knesebeck seine Lehnsgerechtsame zu Tylsen, am 7. Mai 1354.

Wier Herr Gewerd von Alvenschlebe, vnsere Shöne Gewerd, Ivan vnd Heinrick, bekennen offenbar in diesseme Brieffe vor allen den, die in sehen oder hören lesen, das wir haben vff gelaßen Pardamo von dem Kniesebecke alle das Guet zu Tielsenn mit allerley Rechte, alsz wie wier das haben gehabt bis an diese Zeidt, Vnnd weisen an Pardamo alle, die von vns Guet selven haben empfangen, vorlegen vnnd vnvorlegen, daſz sie daſſelbige empfangen von Pardamo ahne jennigerley Wedderſprache. In verum rei testimonium sigillum mei Geuerhardi de Aluensleben, militis, cum sigillo Geuerhardi, mei filii, presentibus est appensum. Datum anno Tausend drey hundert vnd im vier vnnd Funfzigsten Jhar. M°. CCC°. LIIII., feria IIII. post festum Johannis ante portam latinam.

Aus Wohlbrück's Sammlung, nach einer von Tylsen her erhaltenen Abschrift aus dem dasigen Hausbuche S. 228.

LII. Busso von Alvensleben vertauscht den Zehnten zu Siersleben gegen eine Hälfte des Zehnten aus Ostingersleben an das Kloster Marienthal, am 6. Juli 1359.

Ek Bosse van Alvensleue, heren Bossen sone, wonaftich to Arxsleue, bekenne — — dat ik mit rade vnn mit willen vro Ilseben, myner moder, vnn her Lodewiges van Dorstat, mines omes, vnn Fritze van Esbeke vnn Boden Hauerlagen hebbe gegeuen deme closter to sunte Mariendal den tegenden to dorp Sigersleue an dorpe vnn in velde mit aller nuth vnn mit allen rechte, alse den mine Olderen hebben rawliken beseten vnn my geeruet, vmme den halven tegeden to Ostersingersleue, den dat closter dar van oldere heft gehat — —. Vortmer so loue ick on en trwen, dat ik disse vorsproken tegenden wille vplaten myneme heren van Halberstad — — vnde wy her Lodewich van Dorstad de eddele vnn Vritze van Esbeke vnn Bode Hauerlage, Knechte, bekennet, dat wi alle disse vorscreuene dingh degbedinget hebben holpen vnn synt des tuge — —. Nach Gods bort drittein hundert Jar in deme negen vnn vestigen iare, In deme achteden dage der billigen Apostelen Sunte Peters vnde Sunte Paules.

Conradi Disq. de feudo manuali p. 18, sq. Jenichen Thesaur. Jur. feudal. II, 1007.

LIII. Erzbiſchof Otto von Magdeburg bekundet die Theilungsdiſpoſitionen, welche der verſtorbene Buſſe von Alvensleben für ſeine Söhne getroffen hat, am 2. März 1360.

Wir Otto, — — ertzbiſchoph — — zu Magdeburg, bekennen — — daz Ludolph vnde Boſſe von Aluenſleue, knapen, mit raede vnde anwiſunge erer frunt vor vns getedinget haben, alſo daz ſy all er vorlegen guet ſullen lighen vnnd haben mit ein ander, an daz ghut, daz des vorgenanten Boſſen vater, deme goth gnedik ſy, zu voren vz gnomen haet. Daz iſt dye manſchaft, dye derſelbe Boſſe zu Arxleuen vnd zu Vrfleben haet, vnde waz ſin vater gekouft haet vme ſine pennige. Daz blibet ouch zu vorn dem ergenanten Boſſen. Were ouch, daz er eyner bezzer vor mochte, wan dye andere, dye man zu vortedingene, der ſolde ſye truweliche vortedingen, vnde dar ſolde er ein deme anderen truweliche zu behulpen weſen, vnde ſollen beider wegene lighen: vnde waz en von der ligunge vallet vnde von der manſchaff, dye dar erer beider iſt, daz ſal erer beider weſen, vnde ſullen daz vnder en beide gliche teilen. Ouch haet der vorgenante Boſſe vnde ſin vader gelazen dem ergenanten Ludolphe daz dorff zu Boizendorph zu vorn. Ouch haet derſelbe Boſſe gelazen Ludolfe vier mark gheldes zu vorn vz ſinem teile dez vorleghen gudes, wor em daz erſt ledik wirt, dorch fruntſchaph willen. — — Dritzen hundirt iar in deme Seſtigeſten iare, an deme Mantaghe Nach deme Suntaghe in der vaſten, als man ſinghet Reminiſcere.

Aus Wohlbrück's Sammlung, nach dem in dem Archive der ſchwarzen Linie zu Errleben befindlichen Originale.

LIV. Die Markgrafen Ludwig und Otto vereignen auf Antrag des Bürgers Betke von Chüden einen Bauerhof in Stappenbeck, den die von Alvensleben beſeſſen, einem Altar in der Marienkirche zu Salzwedel, am 24. März 1360.

In nomine Domini Amen. — Quod Nos Ludouicus Romanus et Otto, fratres, Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchiones — volentes et cupientes augmentare et ampliare cultum dominicum quantum nobis poſſibile fuerit in honorem omnipotentis Dei et ſancte genitricis ſue glorioſe virginis Marie et in remedium ſalutare animarum predeceſſorum noſtrorum quondam marchionum Brandenburg. ac etiam progenitorum — et ad inſtantiam diſcreti et honeſti viri dilecti noſtri et fidelis Betekini de Chüden, ciuis antique ciuitatis noſtre Soltwedel, dedimus et donauimus et ſolenniter in donatione damus et preſentibus donamus proprietatem annuorum redituum I chori ſiliginis, IV modiorum auene, II modiorum hordei, unius pulli domeſtici, duorum ſolidorum denariorum Lüneburgenſ. et decime minute cum ſupremo judicio et infimo que denarii et perſolui conſueuerunt quolibet anno de curia et uno manſo et tribus areis que nunc inhabitat et colit Conradus de Krichelndorp in villa Stappenbeke altari fundato et conſecrato in honorem Beate Marie Magdalene in eccleſia parochiali Sancte Marie virginis antique ciuitatis Soltwedel, Verdenſis dioceſeos, et miniſtris ipſius qui pro tempore fuerint omni jure

et forma, utilitatibus, commodis, honoribus, fructibus et pertinentiis ſingulis et uniuerſis. Quos reditus dicti chori et aliorum premiſſorum ſtrenuus Gheuehardus, dictus de Aluenſleue, filius Geuehardi de Aluenſleue, militis, huc uſque habuit, tenuit et poſſedit, in antea a predicto altari et miniſtris ipſius mero pleno et juſto proprietatis titulo tenendos, perpetuo et pacifice poſſidendos. In cuius rei euidentiam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa, preſentibus reuerendo in Chriſto patre et domino noſtro, domino Hinrico Epiſcopo Lubucenſi, ſtrenuis viris Johanne Huſner, milite, Wedigone de Wedel, mareſchalco noſtro, Gunzelino de Bartenſleue, Hinrico de Schulenborg, Nicolao Biſmarck, Thiderico Morner, prepoſito Bernouenſi, prothonotario noſtro, ac pluribus aliis fide dignis. Datum in antiqua ciuitate noſtra Soltwedel, anno domini M°. CCC°. LX°., feria tertia poſt Dominicam Judica me Deus.

Gercken's Diplom. v. M. I, 886, wo Bernhardi de Aluensleue ſtatt Geuehardi de Aluensleue ſteht.

LV. Das Kloſter zum heiligen Geiſt vor Salzwedel giebt dem Gebhard von Alvensleben ſeine Anſprüche auf Wendiſch-Wuſtrow auf, am 23. April 1361.

Wi her Thomas, proueſt, her Jacob, prior, vnde de gantze Conuent des heylghen gheyſtes vor Soltwedel don witlik allen ghenen, de deſſen bref horen, leſen oder ſeen, dat wi hern Geuerde van Aluenſleue, de to Clötze vppe wonet, vnnd ſine ſone loos laten aller anſprake, de wi hebben gedan vppe dat halue dorp to wendſchen Wuſtreue na der beſprekinghe der wiſen lüde Tiden Thuriz vnnd Ghereken Gheintes, borghere tho Soltwedel, dar wi vnſes rechtes weren to gan vnde louen, dat noch wir, noch vnſe nakomelinghe dar vp nimmer mehr ſaken willen. Dar vor ſchal he vns geuen vif en twintich marck ſüluers, alſo dar is geſproken van den vorbenomeden dedinghslüden. Vppe dat deſſe berichtinghe vaſte vnde vnuorgeten bliue, ſo hebbe wi vnſe Inghefegle des proueſtes vnde des Conuents an deſſen bref laten ghehenget, de is ghegeuen na Godes bort druttein hundert jar, in dem en vnd ſeſtegſten jare, in ſunte Georgius daghe des hilgen Mertelers.

Gercken's Dipl. II, 445.

LVI. Heinrich und Ludolph von Alvensleben bekunden, daß der Erzbiſchof von Magdeburg ihnen die Schlöſſer Wollmirſtedt und Ottenburg anvertraut hat, am 29. Auguſt 1365.

Wir her henrich vnd ludolff, vettern von Aluefleue, Bekennen — das der — herre, her dyter, Ertzebiſchopp, — dorch fredes vnd beſchermynge willen ſiner land vnd lute Beuolen

et Akendorp juxta Gardeleve cum omni vtilitate et in ſylva, que Heineiſſe dicitur, et his contigua eſt, participatio. Oroploge cum omnibus attinentiis. Luiduine dimidia cum omni vtilitate. Schirinbeche ex integro, exceptis duobus manſis noſtri juris, quos etiam Beato Laurentio in Scheninge contulimus. In Hierenrode manſus et area, in Allende tres manſi et dimidius et due aree. In Banisleve manſus et area. In Vdenheim III manſi et dimidius cum tot areis. Juxta Bardewick in Mechtenhuſen vnum panſtale et dimidium, in Bekenhuſen, qui ſolvunt XXIV ſolidos, in villa Schenigge XXII aree et VII manſi cum pratis vt vſibus ſylvarum, et vtilitate ſalis, et molendinum in ſuperiori parte ejusdem ville. Preterea omnia predia parochialis Eccleſie beati Stephani protomartyris in eadem villa, que fratrum vſibus aſſignavimus. Has itaque poſſeſſiones, quas preſens pagina continet, quas videlicet ſupra dicta nobilis femina et alia Abbatiſſe et reliqui fideles juxta donationem priori loco delegaverunt in villis et locis deſertis, in campis et ſylvis, in agris cultis et incultis, in vineis et vinetis, in arbuſtis et arboribus, in pratis et paſcuis, in aquis et aquarum decurſibus, in molis et molendinis, in piſcationibus et venationibus, in exitibus et reditibus, in viis et inviis, in adquiſitis et adquirendis, vel etiam eas, que aliquorum violentia cenobio ſubſtracta ſunt, in ipſo ſub patrocinio beati Laurentii Deo famulantium vſibus hoc teſtamento aſſignamus et ne impoſterum inquietorum temeraria preſumtione auferri debeant, ſigillo noſtro, que ſcripta ſunt, roboramus In nomine etiam Patris et Filii et Spiritus ſancti, auctoritate Apoſtolorum Petri et Pauli poteſtate quoque Domini Calixti ſumme ſedis Pontificis et banno noſtro, Scheningenſi monaſterio et omnibus in eo merita Beati Laurentii devote venerantibus et eorum poſſeſſionibus, quas in preſenti juſte poſſident, et in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium ſeu quibuslibet modis adipiſci poterunt, eterna pace firmamus, et hanc ab omnipotentis Dei miſericordia perpetuam eis imprecamur et optamus. Si quis igitur, ſciens hec ſtatuta noſtra contraire tentaverit et fratres noſtros et bona eorum in aliquo infeſtare preſumſerit, non ſit ei hereditas in regno Chriſti et Dei, ſed abciſſus ab vnitate corporis Eccleſie, nec reſurgat in concilio iuſtorum, ſi non agnoſcens reatum ſuum reſipuerit, et pro temeritatis auſu patri cenobii et fratribus ſatisfecerit, omnes autem eidem loco et Deo in ipſo ſervientibus, que iuſta ſunt, deferentes et tam ipſo quam bona eorum pace proſequentes et defendentes, gratuita Dei omnipotentis miſericordia preveniat et ſubſequatur et glorioſa Beati Laurentii incliti martyris interceſſio tueatur Amen. Huius pagine teſtes ſunt hi: Elverus, maioris Eccleſie Prepoſitus. Gerhardus, Decanus. Martinus, Cuſtos. Conradus, Camerarius. Martinus, Abbas Hilſiniburgenſis. Alfridus, Hugerburgenſis Abbas. Gerhardus, Prepoſitus S. Johannis in civitate. Thietmarus, Prepoſitus Scheningenſis cenobii. Fridericus, Palatinus Comes iunior. Rudolphus, Marchio. Adelbertus, Comes de Ballenſtide. Adelbertus, Comes de Wernigerode. Beringerus, Advocatus maioris domus. Willerus, Prefectus in civitate. Engilmarus, Vicedominus. Eberhardus, Advocatus Sheningenſis, Cenobii, et alii quam plures nobilium et miniſterialium. Actum Halberſtad, anno Dominice incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo primo. Indictione XIV, in publica Synodo, in feſto Beati Luce Evangeliſte, Preſulatus Domini Calixti Pape III. regnante Henrico V. Romanorum Imperatore Auguſto, Anno ordinationis Domini Reinhardi Epiſcopi XIV. feliciter, Amen.

Lünig's Reichsarchiv XVII, 81. Falke Trad. Corb. 760. Cuno Memoral. Schoning. p. 283. Braunſchw. Anz. v. 1748 Sp. 1490. In Falcke iſt die erſte Lücke, welche das Original darbet, wahrſcheinlich ganz willkürlich in der folgenden Weiſe: locum, qui Caluo dicitur, iuxta salam uersus aquilonem situm — die zweite Lücke durch das Wort depredatione ausgefüllt.

XI. Markgraf Albrecht der Bär beurkundet die Uebergabe des Dorfes Moſe an das Kloſter Unſer Lieben Frauen zu Magdeburg und die Beſeitigung der auf dieſen Beſitz gemachten Anſprüche verſchiedener Privatleute (1144?).

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Notum ſit univerſitati fidelium, quod ego Albertus divina favente gratia Marchio, villam quandam Moſe, ab eccleſia Magdeburgenſi libere, et ſine omni querimonia in beneficio habuerim, eadem Comes Otto de Hildesleve a me beneficiatus fuerit. Poſtmodum autem ob ſpem eternorum villam hanc, Ottone Comite ipſo conſentiente, recepi, eamque Domino Conrado, Archiepiſcopo Magdeburgenſi, manu propria reſignans, vt eccleſie Beate Marie per manum ejusdem Venerabili Archiepiſcopi traderetur impetravi. Factum eſt ergo celebri conſenſu cunctorum, nullius tunc de bonis his querimonia obſtrepente. Vnde et in poſſeſſionem perpetuam villa eadem Moſe ipſi eccleſie banno memorati epiſcopi confirmata eſt. Evoluto autem aliquo tempore, cum labore fratrum eccleſie Beate Marie coleretur, matrona quedam nomine Emecke cum tribus filiis, ſe ſuosque heredes quinque manſis in eadem villa injuſte privari conqueſta eſt, multaque importunitate, et crebra querimonia, licet injuſta eſſet, tandem reconciliationem ſecum fieri exegit, datisque ſibi et filiis talentis tribus, ab hac querimonia voluntarie cum filiis ipſa quievit. Cujus rei confirmatio facta eſt in placito Comitis Ottonis in villa Dalwarkesleve; teſtes adhibiti ſunt Bruno de Iresleve, Howolfus de Gersleve, cum filio ſuo Howolfo, Ochterious de Dalwersleve et alii plures. His ita geſtis filii ſororis ſupra dicte Emecken eosdem V manſos inopinata rurſus querimonia ſibi vindicare ceperunt, qui item datis ſibi quatuor talentis ab hac querimonia ceſſaverunt. Idque nihilominus in placito Comitis Burchardi in villa Euendorp ſtabilitum eſt. Cujus rei teſtes ſunt Lochwicus, Prepoſitus eccleſie Sante Marie cum fratribus ſuis quam plurimis, Hazeco, majoris eccleſie Decanus, et alii quam plurimi. Sedatis autem his, emiſere duo fratres de Haldesleve, Henricus videlicet et Thiatmarus, qui in prefata villa Moſe ex parte matris XII manſos ſibi vſurpare conati ſunt. Quorum licet injuſta eſſet querimonia, ſicut et prior erat, reconciliatio tamen rurſus cum eis facta, datis eis talentis tribus et manſo vno, ſito in Huvereckesleve, ipſi vero coram Sifrido, prefecto Magdeburgenſis civitatis, omni querimonie huic abrenunciaverunt. Cui pollicitationi fidejuſſores Johannem, Henricum, Sigehardum, miniſteriales Ducis adhibuerunt. Sed non multo poſt quidam de Gardeleve, filii eorundem fratrum matertere, ſupra dictos XII manſos inopinata querimonia ceperunt expetere, quorum importunitati et injuſte querimonie nihilominus cedendo fratres eccleſie Beate Marie reconciliationem fecerunt datis eis V talentis, ipſisque reconciliationi huic voluntarie aſſentientibus etc.

Ludewig Reliq. Mspt. II, 357. Leuckfeld Antiq. Praem. 77. Hugo Annal. Praem. II, 113. Buchholtz Geſchichte der Churmark Brandenburg I, 424 (Fragment).

Anm. Erzbiſchof Conrad ſtarb 1142.

XII. Erzbiſchof Friedrich von Magdeburg bekundet den Hergang, nach welchem das Dorf Moſe dem Kloſter Unſer Lieben Frauen zu Magdeburg zu Theil geworden und beſtätigt auf Veranlaſſung des Markgrafen Albrecht des Bären von Neuem dieſe Schenkung, im Jahre 1144.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Fridericus, Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus; noverit univerſitas fidelium, quod in villa Moſe dicta eccleſia Beate Marie ex antiqua traditione quinque manſos poſſederat, reliquam vero ejusdem ville partem Marchio Albertus ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi, itemque a Marchione Comes Otto in beneficium habuerunt. Interea novis quibusdam et magnis emergentibus cauſis, cum Marchio Albertus, a principibus Saxonie propulſus fuiſſet ferme per quinquennium a patria, Comes Otto ob ſpem refrigerii ſempiternam idem beneficium Conrado, tunc temporibus hujus Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopo, eo tenore reſignavit, vt eccleſie Beate Marie condonaret. Cujus petitioni Conradus jam dictus Archiep. clementer annuens, tum pro Dei et fratrum amore, quo eos diligebat intime, tum etiam ob dilectionem ejusdem Comitis, erat quippe ei in conſanguinitatis linea proximus, eandem villam Moſe beate Marie tradidit, ſuoque banno confirmavit. Dehinc exacto ferme quinquennio, et Conrado Arch. migrante de hoc ſeculo, ſedataque werra, que inter Saxones et Regem Conradum erat; (ob hanc enim cauſam predictus Albertus Marchio, quia Regis parti contra Saxones faverat, vt dictum, eſt, propulſus fuit a patria,) cum ille patriam honoremque ſuum ad integrum poſſediſſet, incauſatus eſt ſepe dictum Ottonem Comitem, eo quod beneficium ſuum ſine ſuo aſſenſu Archiepiſcopo reſignaſſet, illeque Beate Marie tradidiſſet. Hoc autem fecit, non quod moleſte ferret, hoc collatum eſſe fratribus Deo ſancteque Marie famulantibus, ipſos quippe diligebat plurimum, ſed ſicut ſepe teſtabatur, vt omnis querela de hoc ſopiretur heredum ſuorum poſt ſe futurorum. Tandem in hoc Comes et Marchio convenerunt, vt idem beneficium, villam videlicet Moſe, Comes Otto Marchioni, illeque nobis reſignaret, ea conditione, vt quod predeceſſor meus inchoaverat, ego confirmarem et ſtabilirem. Annuens itaque eorum petitionibus, eandem villam cum omnibus ſuis vſibus, cultis et incultis, campis, pratis, viis et inviis, acquiſitis et acquirendis, ſive quicquid dici aliud aut nominari poteſt, in vſum fratrum Deo et Sante Marie ſervientium tradidimus, noſtroque banno confirmavimus, ſola excepta decima, que non ſui iuris, ſed Halberſtadenſis erat Epiſcopi.

Ludewig Reliqu. Manuscript. II, 356. Buchholtz Geſchichte der Churm. Brand. I, 422. Leuckfeld Antiq. Praemonstr. 78. Hugo Annal. Praem. II, 112. Die Angabe des Jahres nach Dreihaupt Beſchr. des Saal-Craiſes I, 31.

XIII. Biſchof Rudolph von Halberſtadt überläßt dem Kloſter Unſer Lieben Frauen in Magdeburg den Zehnten des Dorfes Moſe, welchen Markgraf Albrecht der Bär und ſeine Vaſallen reſignirt haben, (im Jahre 1145?)

In nomine ſancte et individue trinitatis. Rodolfvs, Dei gratia Halverſtadenſis epiſcopus. Pateat tam futurorum, quam preſentium fidelium ſagacie induſtrie, qua ratione dati et accepti decima cuiusdam ville, que dicitur Moſe iuxta fluuium Oram in partibus aquilonis per me et venerabilem archiepiſcopum Fridericum data ſit de noſtra ad eccleſiam beate Marie Magdeburgenſis cuius et fundus eſt ipſius ville predicte. Que decima quamuis beneficiali iure XII ſolidorum taxatione annualim eſtimatur, eo tamen tempore, quo vſum illius decime ad eccleſiam beate Marie transtulimus, villa Moſe partim cultore vacabat, partim ſclauorum decimam non ſolventium nomine ſubigebatur, ideoque decima vel nulla erat, vel ea tantum, quam non ſinodalis iuſticia, ſed militaris violentia extorquebat, per exactionem eorum videlicet hominum marchionis Alberti, quia illam ab eo inbeneficiati fratres de ſancta Maria in ceteris bonis illius ville ſupra modum gravabant. Quod fratres predicti non ferentes in eius decime redemptionem plusquam duodecim talenta expenderunt, vt Marchioni ab hominibus ſuis, et nobis a Marchione reſignata eis noſtra largitione in perpetuum habenda emanciparetur. Quod vbi factum eſt, animaduerti nonnullam querimoniam fratrum de ſancto Paulo pro eadem decima, quam ſuam eſſe affirmabant. Quibus ab eccleſia beate Marie manſus ſoluens X ſolidos in Breslaue in recompenſationem illius decime vtriusque partis conſenſu et petitione donatus eſt. Sic omnia in vnum ſunt terminata. Decimam predicte ville a Marchione Alberto et prepoſito Wichmanno, conſentientibus et petentibus canonicis ſuis, nobis reſignatam per manum predicti venerabilis archiepiſcopi, eccleſie beate Marie abſolute et inrefragibiliter in perpetuum habendam contradidimus. Et vt hec noſtre donationis ſiue traditionis carta futuris temporibus firma ſemper et inconuulſa permaneat, tam venerabilis predicti Marchionis Alberti, quam noſtri ſigilli impreſſione ſignamus eam et banni noſtri auctoritate roboramus. Si qua ergo in poſterum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona contra hanc noſtre inſtitutionis paginam auſu temerario venire preſumpſerit, anathema ſit, quouſque factum ſuum digna penitentie ſatisfactione emendet. Conſeruantibus autem ſit remiſſio peccatorum.

Ludewig Reliqu. Mspt. II, 359. Leuckfeld Antiqu. Praemonstr. 75. Hugo Annal. Praemonstr. II, 114.

XIV. Biſchof Rudolph von Halberſtadt entſcheidet den Streit des Markgrafen Albrecht des Bären mit den Brüdern de S. Paulo in Halberſtadt über den Zehnten des im Magdeburgiſchen gelegenen Dorfes Moſe, etwa um das Jahr 1145.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Ego Rodolfus, Dei gratia Haluerſtadenſis epiſcopus. Pateat tam futurorum quam preſentium fidelium ſagaci induſtrie, quod ego Rodolphus notum facio de decima cuiusdam ville, que dicitur Moſe, iuxta fluuium Oram in parte

aquilonis, qua ratione dati et accepti per me et venerabilem Magdeburgenſem archiepiſcopum Fridericum data ſit de noſtra ad eccleſiam beate Marie in Magdeburg, cuius et fundus eſt ipſius ville predicte. Pro qua decima inter Marchionem Albertum et fratres de ſancto Paulo talis agitabatur controuerſia. Illi noſtra eſt inquiunt, decima, oſtendentes ab epiſcopis ſibi data priuilegia et ille, non, Sed mea eſt poſſeſſio, computans eam inter cetera, que habet a nobis, beneficia ſua. Illi tantum ſcriptum, iſte obtinuit decimam, non ſine querela eorum uentum eſt ad nos. Gratias Deo, ambo conuenerunt in vnum, vterque ipſam decimam nobis pari conſenſu reſignauerunt, hac videlicet conditione, vt eam abſolute et inrefragabiliter in perpetuum habendam daremus ſancte Marie in Magdeborg, hoc nimirum commercio, vt ab eadem eccleſia et fratribus de ſancto Paulo manſus in villa Berſleue ſoluens X ſolidos maioris tum precii daretur, et Marchioni Alberto frequentium orationum potior retributio. Sic factum eſt. Sic terminatum eſt. Sic confirmatum eſt per me et dominum predictum archiepiſcopum Fridericum, coram multis idoneis, qui ſubſcripti ſunt, teſtibus. Et vt hec noſtre actionis pagina inconuulſa et illibata et perpetualiter permaneat, ſigilli noſtri impreſſione eam inſigniuimus. Quicunque autem hanc pactionem pertinaciter voluerit violare, et hanc noſtre traditionis paginam preſumpſerit caſſare, niſi cito reſipuerit, anathema ſit.

Ludewig Reliqu. Mspt. II, 360. 361. Leuckfeld Antiqu. Praemonstr. 76. Hugo Annal. Praemonstr. II, 115.

XV. Graf Dedo von Groitſch überläßt dem Kloſter Unſer Lieben Frauen in Magdeburg das Grundſtück Badenacker bei Moſe im Magdeburgiſchen, welches Markgraf Albrecht rückſichtlich der Vogtei in ſeinen Schutz nimmt, am 3. September 1159.

Dedo, divina favente clementia Comes. Notum ſit univerſitati fidelium, tam preſentium quam futurorum, quod ego Dedo, Dei Gratia Comes, fundum quendam, quem Badenakker vocant, qui mihi hereditario iure ex coniunctione vxoris mee Machtildis obvenit, fratribus eccleſie Beate Marie Magdeburgenſis, conſenſu memorate vxoris mee, filiorumque meorum, Theodorici et Philippi, ſexaginta libris eris vendiderim. Huic autem fundo pratum quoddam attinet, quod pro remedio anime mee, vxorisque et filiorum meorum, ipſis conſentientibus, eccleſie Beate Marie in vſum predictorum fratrum obtuli et adhibitis idoneis teſtibus absque cuiusdam contradictione perpetuo poſſidendum ſtabilivi. Huius ergo rei conſummatio et confirmatio acta in villa Elvebuge ſuper ripam Albis fluminis, me vna cum legitimis heredibus meis, ea, que predicta ſunt, ſuper reliquias Beate Marie offerente et Marchione Adelberto, cum filio ſuo Ottone Marchione, iure advocatie, ſub tuitionem ſui rite eadem ſuſcipiente. Ne qua igitur futuris temporibus poſtmodum de his omnibus cuiusquam querimonia oriatur, actionem hanc ſcripto annotavimus et ſigilli noſtri impreſſione inſignitam perpetuo confirmavimus. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis MCLVIIII, indictione VII. concurrente III. epacta XI. Idus Septembris Adriano ſummo pontifice Sante Romane eccleſie preſidente, regnante Friderico Romanore imperatore ſemper augoſto ſub preſulatu venerabilis Wichmanni, Magdeburgenſis archiepiſcopi. Amen. Huius rei teſtes ſunt

Wichmannus, Magdeburgenſis archiepiſcopus, Hazecho, decanus maioris eccleſie, Ludewigus, prepoſitus eccleſie Sante Marie, Baldewinus, Arnoldus, Odelricus, eiusdem eccleſie canonici. Eilhardus, Giſilbertus, Baldewinus, Meinherus, Reinleuus, laici fratres. Adelbertus marchio, Otto, filius eius, Theodiricus marchio, Wernherus, comes de Veltheim, Vffo, Bruno de Gerſloue, Richardus de Aleſloue, Heremannus de Bardenloue, Heinricus filius prefecti Sifridi, Ericus de Eleuebuge, Godeſcalcus de Wolmerſtede, Conradus de Witin, Godeſcalcus, Heinricus Houet, Burchardus, Otto, Theodiricus.

Nach Abdrücken in Buchholtz Geſch. d. Churm. Brand. I, 423. Ludewig Reliqu. Mspt. II, 361. Leuckfeld Antiqu. Praem. p. 85. Hugo annal. Praem. II, 117. Hutſchenreiter Reiſe der Pröbſte S. 7. und Wiggerts Ergänzungen in L. v. Ledebur, Allg. Archiv XII, 279.

XVI. Markgraf Albrecht der Bär beſtätigt den Kauf des bei dem Dorfe Moſe gelegenen Grundſtückes Badenacker für das Kloſter Unſer Lieben Frauen in Magdeburg, am 3. September 1159.

Adelbertus divina favente clementia Marchio. Quoniam diſponente Deo in defenſione fidelium vicaria ipſius adminiſtratione perfungimur, ſummopere procurandum nobis eſt, quatenus miniſterii huius idonei executores inveniamur. Inde eſt, quod eccleſiam Beate Marie Magdeburgenſis debito nobis iure advocatie manu tenemus et ne qua bonorum eius iniuſta direptio fiat, ſolerti vigilantia vigilare ſtudemus. Notum ergo facimus univerſitati fidelium, tam preſentium, quam futurorum, quod fratres eiusdem eccleſie fundum quendam adiacentem villa Moſe, qui vulgato nomine Badenacker vocatur, a Comite Dedone, filio Marchionis Conradi pretio LX librarum emerint, et perpetuo poſſidendum absque cuiusquam contradictione ſuſceperint. Huius emtionis conſummatio et confirmatio acta eſt in villa Elvebuge, ſuper ripam Albis fluminis, prefato Comite Dedone, conſenſu vxoris ſue, et legitimorum heredum, ſuper reliquias Beate Marie, cum attinente prato, memoratum fundum offerente, meque cum filio meo Ottone Marchione, ex decreto provincialis iuris, pollicitatione publica, ſub tuitione noſtri iuris ipſum rite ſuſcipiente. Ne qua igitur futuris poſtmodum temporibus de his omnibus cuiusque oriatur querimonia, actionem hanc ſcripto annotavimus et adhibitis idoneis teſtibus ſigilli noſtri impreſſione inſignitam perpetuo confirmavimus. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis MCLVIIII, indictione VII. concurrente III epacta XI Idus Septembris, Adriano ſummo pontifice Sante Romane eccleſie preſidente, regnante Friderico Romanore imperatore ſemper auguſto, ſub preſulatu venerabilis Wichmanni, Magdeburgenſis archiepiſcopi. Amen. Huius rei teſtes ſunt Hazecho, decanus maioris eccleſie, Ludewigus, prepoſitus eccleſie Sante Marie, Arnoldus, Odelricus, eiusdem eccleſie canonici. Eilhardus, Giſilbertus, Baldewinus, Meinherus, laici fratres. Wernherus, comes de Veltheim, Vffo, Bruno de Gerſloue, Richardus de Aleſloue, Heremannus de Bardenloue, Ericus de Eluebuge, Godeſcalcus de Wolmerſtede, homines etiam memorati comitis

Dedonis, Conradus de Witin, Godefcalcus, Heinricus Honet, Burchardus, Heinricus filius prefecti Sifridi.

Buchholtz Geſch. d. Churm. Brand. I, 423. Ludewig Reliqu. Mspt. II, 362. Leuckfeld Antiqu. Praemonstr. 86. Hugo annal. Praemonstr. II, 118. Zeitbeſtimmung und Verbeſſerungen von Wiggert in L. v. Ledebur's Archiv XII, 278.

XVII. Verzeichniß der im Balſamerlande gelegenen Beſitzungen des St. Ludger-Kloſters in Helmſtädt, vom Jahre 1160.

In Balſamia in lamen VIII manſi, in thiſele VIII manſi, in wintberge III manſi, in Beldinkge VII manſi, in ſvarteleſe VI manſi, in Wabrenze XIIII manſi, in thornſtede VI manſi, in dobbelin XIIII manſi, in hamerten X manſi, in herre VII manſi.

Aus dem Liber bonorum monasterii S. Liudgeri Helmonstadensis, vom Herrn Pfarrer Behrends im 1. Bande von Förſtemann's Neuen Mittheilungen Heft 4. S. 21 zum Druck befördert.

XVIII. Markgraf Otto I. conſentiret in die von ſeinem Bruder, Grafen Dieterich zu Werben, der Kirche zu Oberukirchen gemachte Schenkung der Kapelle zu Bückeburg mit dem dazu gehörigen Röſehof, wie auch des Hofes, worauf die Burg geſtanden, im Jahre 1181.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Otto, Marchio de Brandenburch. Si ampliandis divinis cultibus alimoniſue Chriſto Deo famulantibus largius impendendis conſenſum bone voluntatis apponimus profectuoſum certiſſime credimus. Notum igitur eſſe cupimus omnibus Chriſti et Eccleſie filiis preſentibus et futuris, quod dilectus frater Theodericus, Comes de Werbene, Capellam in Buckeburch cum ſuis attinentiis nominatim domum in Roſen et curiam, in qua caſtrum fuit, cum agris, adiacentibus cultis et incultis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, pratis, paſcuis, ſiluis, viis et inuiis, cum omni vtilitate inde proueniente ad dilatandum omnipotentis Dei honorem et pro anime ſue ſalute totiusque noſtre generationis, Eccleſie beate Marie in Overenkerken cum noſtri conſenſus collaudatione contradidit et nos piam eius actionem noſtri aſſenſus atteſtatione fideliſſime corroboramus. Vnde vt hec eius traditio et noſtre collaudationis atteſtatio inconuulſa et rata permaneat, preſentem cartam conſcribi iuſſimus et figilli noſtri inpreſſione communimus. Anno dominice incarnationis MCLXXXI. Indictione XIV. Sifridus, burchgrauius de Arneburch, Conradus de Witin, Wernherus de Cludene, Fridericus de Oſterwalde, Gerhardus Valca, Fridericus, aduocatus de Saltwidele, Bruno

de Gersleve, Conradus de Veltberc, Godefcalcus de Redefe, Cono, camerarius de Arnneburch, Wernherus de Gardeleue, Rothengerus et Wernherus.

Die vorſtehende Urkunde, deren Original ſich im Stift Oberkirchen befindet, iſt vom Herrn E. F. Mooyer in Minden mitgetheilt.

XIX. Biſchöfliche Beſtätigung eines Tauſches, worin Graf Heinrich von Gardelegen den Zehnten in Moſe dem Stifte Unſer Lieben Frauen in Magdeburg für 2 Hufen in Sandow überläßt, ohne Jahr (c. 1190).

Vniuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum notum eſſe cupimus, quod nos ad contractum concambii inter nos et eccleſiam beate Marie in Magdeburg efficaciter operam adhibuimus, quod, qua ratione dati et accepti factum ſit, ſubter annotata pagina euidenter explicabit. Verſus aquilonem iuxta fluuium, qui Ora dicitur, villa quedam ſita eſt vocabulo Moſe, prefate eccleſie pertinens cum omnibus ſuis vſibus et cum decima, et cum quodam adiacente predio, qui vulgo Badenakker dicitur. Cuius predii decima ad nos reſpectum habuit, quam etiam comes H. de Gardeleben inter reliqua beneficia a nobis in feodo tenuit. Igitur fratres predicte eccleſie eandem decimam ex multis concurrentibus cauſis ſibi confiderantes accommodam, ad hoc ſtudium ſuum ceperunt intendere, quatinus eam ſiue aliorum redituum commutatione ſeu alio quocunque iuſto modo a nobis redimerent, et ſuis vtilitatibus manciparent, ne forte de extraneorum cum eis commercio diſturbande eorum quietis et pacis occurreret occaſio, et gratia huius partis vſusfructus eis ſolite imminueretur integritatis. Verum quia res effectum habere non poterat preter eius conſenſum, quia eam in feodo tenebat, nos benigno aſſenſu iuſto eorum concurrere cupientes deſiderio, ita tamen quod Halberſtad. a nullo exinde lederetur diſpendio, communicato fidelium noſtrorum conſilio tandem cum dicto Comite in hoc conuenimus, vt ipſe decimam in manus noſtras reſignaret et quatuor manſos in villa Sandowe pro eius redemptione a ſepedictis fratribus Halberſtadenſibus collatos in recompenſatione feodi ſui reciperet, ſicque nec predictorum religioſorum voto noſtrorum deeſſet amminiculum, nec cuilibet parti aliquod ex noſtra negligentia proueniret detrimentum. Vt autem id quod factum eſt, nulla ambiguitate titubaret inpoſterum, ad confirmandum id ſigilli noſtri adhibuimus teſtimonium, ſub anathematis animaduerſione prohibentes, ne id, quod iuſte et rationabiliter ſtatuimus, futuris temporibus cuiuslibet temeritatis eneruare preſumat incurſus. Quin potius beate virginis eccleſia eius, quod iuſte commutationis titulo adepta eſt, libera et quieta poſſeſſione gaudeat et ob merita noſtri nominis memoria in ea in benedictione perpetuo permaneat.

Ludewig Reliqu. II, 424.

XX. Graf Heinrich in Gardelegen giebt der Kirche zu Lutter im Herzogthum Braunschweig zwei derselben, von den Zeiten der Slawen her, zugehörige Hufen Landes in Volgfelde zurück, im Jahre 1191.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Noverit tam futurorum quam presentium universitas, duos mansos in Folckfelde a temporibus Slauorum ecclesie in Luttera cum omni iure attinuisse, verum per longinquitatem temporis, re in oblivionem deducta, vt fieri solet, a predecessoribus nostris per ignorantiam detentos. Ego vero Henricus, Dei Gratia Comes in Gardelege, per plurimos indubitate fidelitatis assertores instructus, intuitu superne retributionis, faciliter fidem adhibens, eosdem mansos abbati et conventui nec non ecclesie in Luttera cum omni jure, dominio et vtilitate, quo prius habuerunt, insuper sine exceptione, confero et restituo eisdem. Acta sunt hec in Stendale, anno dominice incarnationis MCXCI., anno primo obitus Friderici Imperatoris, regnante pro eo filio suo Henrico VI., archipresule Wigmanno in Magdeburg, Theodorico, Sante Halberstadensis ecclesie Episcopo, presente eiusdem ecclesie Decano Gerberto, Comite Alberto de Osterburg et filio suo Wernero et Sifrido, venerabilis principis scriptore, et Theodorico de Schonenwalde, Engelberto de Aldenhusen, Bertramo de Scheningen et aliis quam pluribus.

Nach der im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten handschriftlichen Chronik des Stifts Königslutter.

Anm. Das Benedictiner Mönchskloster zu Königslutter besaß im 12. Jahrhunderte außer dem Dorfantheile, wovon die obige Urkunde Nachricht giebt, noch andere Güter im Umfange der heutigen Altmark, namentlich besaß es das Dorf Möringen bei Stendal. Es ist jedoch unbekannt, wie das Stift in den Besitz des letztgedachten Ortes gelangte. Man findet nur in einem Verzeichnisse der Königslutterschen Kloster-Güter vom Jahre 1201 folgende Notizen von diesem Dorfe:

> Morungen prope Stendal, slauitica villa postea deserta facta, a Wernero, comite de Veltheim, avo comitis Sifridi de Aldenhusen (lebte zwischen 1160—1188). — Comes Albertus, filiis Werneri de eiusdem ville Morunge Campo, eo quod spatiosius esset valde, duodecim mansos exponi fecit et aliis cultoribus in platea, que dicitur Nippof locauit.

Pfeffinger, Historie des Braunschweig-Lüneburgschen Hauses I, 512.

XXI. König Otto IV. tritt dem Erzbischofe von Magdeburg für seine Anerkennung als Reichsoberhaupt Haldensleben, seine in der Mark Brandenburg und in der Wische belegenen Erbgüter und verschiedene andere Rechte und Besitzungen ab, wohl im Jahre 1209.

Otto, dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus vniuersis imperii fidelibus hoc scriptum intuentibus gratiam suam et omne bonum. Recognoscimus et presentibus litteris profitemur, quod inter nos ex vna parte et inter dominum Albertum, Magdeburgensem archiepiscopum, ex alia parte admissa est compositio in hunc modum. Conferemus ecclesie Magdeburgensi Haldesleue cum omnibus attinentiis suis et omnem proprietatem, quam pater noster habuit

wiſch vocatur. Dedimus quoque fideiuſſores, quod in Marchia Brandenburch et in terramni iurisdictione, vbi bona ſita ſunt, et ſecundum iuſti- proprietatem iſtam ſtabiliemus eccleſ cum pleno conſenſu heredum noſtrorum et ſuper hoc dabi- tiam warentabimus eam de ipſis Magdeburgenſi. Item nos et fratres noſtri renunciabimus omni mus priuilegium noſtrum ere in caſtro ſomerſcenburg et in omnibus attinentiis ipſius. Re- iuri, quod diximus nos omnibus feodis, que pater noſter tenuit ab eccleſia Magdeburgenſi, in quibus nunciabimus preter dicebamur ius ere. Item nos dabimus priuilegium eccleſie, quod nunquam in bonis eccleſie contra vol tem archiepiſcopi vel ſucceſſorum ſuorum faciemus exactionem vel ſumemus hoſpi- tium, p vnquam monetam vel teloneum, iuxta conſuetudinem imperatorum, que in curiis obſer- uab ur in ciuitatibus archiepiſcopi occupabimus. Eccleſiam in nullo officio pregrauabimus. Dabi- mus preterea priuilegium eccleſie, quod nunquam in eccleſia Magdeburgenſi et ſubfraganeorum ipſius reliquias accipiemus archiepiſcopi uel episcopi decedentis. Caſtrum lewenberg non concedemus alicui hominum, niſi forte archiepiſcopo vel eccleſie concedamus. Item, ſi eccleſia Magdeburgenſis per archiepiſcopum vel per aliquem ſucceſſorum ſuorum, vel per ſe ipſam, in monte, qui vocatur Merenret, caſtrum uoluerit erigere, et habuerit ſuper hoc conſenſum comitis ſifridi de blan- kenburg et comitis Heinrici de reginſten, nos ad edificationem iuuabimus eccleſiam. Si vero contrarium fuerit comitibus memoratis, nos tamen propoſitum eccleſie non impediemus vllo modo. Item quoscunque de miniſterialibus, qui bonis Haldesleue attinent, archiepiſcopus indu- cere poterit, vt tanquam miniſteriales eccleſie fidelitatem ſibi faciant, cum bona voluntate noſtra et fratrum noſtrorum erit, et illis bona ſua iure miniſterialium concedet, aliis vero bonis eisdem atti- nentibus concedet tamquam hominibus eccleſie bona ſua. Donationi quoque, que Heinricus Im- perator fecit eccleſie de bonis in lutere, non renunciet archiepiſcopus, ſed nos amice per ſua ſeruicia monebit, vt ratam ſeruemus eandem. Preterea in nullo loco eccleſie pertinenti ponemus de nouo teloneum vel monetam. Ceterum nos iuuabimus eccleſiam Magedeburgenſem ad edifica- tionem ſuam ſecundum conſilium archiepiſcopi. Dabimus inſuper archiepiſcopo tria milia Marcarum, ex quibus mille ſoluemus in vigilia natiuitatis domini, Secundas mille in feſto ſancte Walburgis tunc proximo, Tercias mille in feſto ſancte Margarete in tunc proximo. Item dabimus in curiam archie- piſcopi quingentas marcas, quas ſoluemus in proximo feſto pentecoſtes. Fratribus archiepiſcopi, Comiti Heinrico et comiti guntero concedemus ciuitatem ſaleuelt ſub hac forma, vt quan- docunque nos ipſis ſoluerimus mille marcas, libera ſit ciuitas nobis, et ſic cum archiepiſcopo in noſtro ſeruitio permanebunt. Ceterum cum nos tantam concordiam habuerimus cum principibus, quod archiepiſcopo videbitur, quod comitem adolfum poſſimus iuuare, nos ſi amice per preces non poterimus, per guerram iuuabimus eum ad recuperationem tam puerorum quam terre ſue, nec vnquam contra ipſum malum aliquod intendemus. Item, ſi burcardum in breszna apud ducem iuuare non poſſumus amice, nos de curia in glewerp et duabus villis et omnibus attinentiis ipſa- rum faciemus ei gratiam et iuſticiam, qualem exſpectabat ab imperatore Heinrico. Item ſi pueros domini ricardi de cherewiſt apud ducem iuuare non poſſumus, nos ſuper tertia parte ciuitatis cherewiſt faciemus eis gratiam et iuſticiam, quam pater eorum exſpectabat ab imperatore Hein- rinco. Ericus de wentſeleue in poſſeſſione bonorum de ofcleue erit, domi ſuper hoc con- ſilium archiepiſcopi ſequamur. Item promitemus, quod archiepiſcopum ſemper pro aliis principibus in noſtris conſiliis familiarem habebimus et aſſiſtemus ei contra omnem principem qui ſuam eccle- ſiam indebite noluerit grauare, ita, quod ſi illum amice non poterimus auertere, potenter auertemus. Hec vniuerſa debebimus iuxta conſilium archiepiſcopi ſtabilire, et ipſe nobis preſtabit fidei

ſacramentum et ſeruiet nobis tamquam domino rum et puerorum ſuorum ipſi promiſſum noſtrum ſerej. piſcopi faciemus et in eius amicitia manebimus. — Si uero ſuper hereditate fratrum noſtrorum aluerint, nos ſuper hoc conſilium archie-

L. v. Ledebur Allg. Archiv XVI, 169. Vgl. Olearii Magdeb. Copialbu[illegible]ot. II, fol. 19.

XXII. Herzog Otto von Braunſchweig vertauſcht an das Kloſter zu St. Lüdger in Helmſtedt die Vogtei über 42 Hufen zu Ingersleben und Eimersleben, im Jahre 1252.

Nos dei gratia Otto, Dux de Brunſwig, — — Eccleſie beati Ludgeri in Helmſtad contulimus advocatiam quadraginta duorum manſorum, qui ſiti ſunt in villis Ingersleue et Emersleue, perpetuo libere ſine impedimento quolibet poſſidendam: recepimus equidem ab Eccleſia ſupradicta in concambio pro dicta advocatia villam Bathecote et villam Brachtorpe cum omni jure. Hujus rei teſtes ſunt Comes Fridericus de Kerckberg, Luthardus de Meynerſen ſenior et junior, Echardus de Aſſeborch, Baldevinus de Blanckenborch, Bertramus dictus de Veltheim, Geuehardus de Bortvelde, Anno dapifer noſter, Heyno de Wenden et alii quam plures. Datum Brunſwic, Anno Dominice Incarnationis M° CC° quinquageſimo ſecundo.

Aus Wohlbrück's Altmark, herausgegeben vom Freih. v. Ledebur S. 189.

XXIII. Graf von Lüchow giebt dem Kloſter Meding Zehnthebungen in Sekersdorf auf, am 5. Mai 1264.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Hinricus, Dei Gratia Comes de Lüchowe, omnibus in perpetuum. Modernorum obtinuit conſuetudo vtilis et honeſta, ea que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore, literarum et teſtium valitudine confirmari. Notum igitur eſſe volumus Chriſti fidelibus vniverſis, quod nos accedente heredum noſtrorum conſenſu decimam in Sekerdorpe, quam ab eccleſia Verdenſi jure tenuimus feodali, et dominus Ekkehardus et Remboldus, frater ſuus, a Wutzrowe a nobis habuerunt eodem jure eccleſie S. Marie in Medinghe Ciſtercienſis ordinis et congregationi dominarum ibidem Deo deſervienti reſignavimus pleno jure a quibus dominabus et earum tunc prepoſito Nicolao in ſignum amicitie et ſtabilitatis XXVIII marcas monete recepimus Hamburgenſis. Hujus rei teſtes ſunt, qui interfuerunt, dominus Adolfus de Dannenberch et milites dominus Georgius de Hiddeſaker et ſuus dominus Theodoricus, dominus Herimannus Zabel, Rabodo de Plotho, dominus Helbertus

Lupus, dominus . . . . . et cives de Saltwedele, Johannes de Vllesen, Ludolfus Perzeual, Christianus, miles, et alii quam plures milites et serui. In hujus rei euidentiam dicte ecclesie in Medinghe presentem literam tradimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Saltwedel, anno gratie M°. CC°. LX°. et IIII°. tertio Non. Maji.

Gercken's Fragm. II, 22. 23.

XXIV. Graf Konrad von Brehna vereignet dem Kloster Marienberg vor Helmstädt das ihm von den Edlen von Hadmersleben resignirte Dorf Klein-Hackenstedt, im Jahre 1277.

Conradus, von Godes Gnaden Greue van Brene, — — weten schullen hirvmme de iegenwardig vnd nakommende syn, dat wy dat Dorp to Lütcken Hackenstede mit der Kerken vnd allem Rechte vnde Tobehorunge an Wiscken vnd ock in Ackern, welck dorp de Edelen Manne Otto, Bode vnnd Wernerus van Hademersleue von vnsen Handen, wente to düssen Tiden geholden hebben, tho Lehne, de Goder vnse Voreldern an vns to erflicken Rechte hebben gelaten, dorch verbidden der genanten Edelen — — der Kercken des Berges vnser leven Frawen vor Helmestede tho Eygendom hebben gegeven. — Düsses to openbar Gedechtnisse düsse Schrift geven we mit starke vnses Ingeseggels gevestet vor vnse Erven, alse Alberto, Ottone, Theodorico vnd Conrado — —. Tüge düsser Gifft, ock der Begevinge sin düsse: Herr Otto, Bode vnnd Wernerus, Edele von Hademersleue, Herr Otto von Dreyleve, Fredericus, der Voget, Gervinus von Witin, Fredericus Hacke vnd andere vele mehr. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. LXXVII°.

Wohlbrück's Geschichte der Altmark, herausgegeben vom Freih. v. Ledebur S. 190. Nr. 552.

XXV. Graf Konrad von Wernigerode verkauft der Tempelordens-Comthurei Wichmannsdorf das Eigenthumsrecht an Bülstringen, am 6. Mai 1189.

Nos Cunradus, Dei gratia Comes dictus de Werningerode, — — noverit tam nodernorum etas quam succesura posteritas, quod accedente heredum nostrorum conniventia et consensu, Preceptor et fratres Militie templi domus de Wichmanstorp, datis nobis decem marcis Brandenburgensis argenti, ius feodale in villa ipsorum que Bulsteringe dicitur, sunt a nobis egaliter assequuti titulo emptionis. Nos vero villam, que Vuoluuishusenn nuncupatur, ex liberalitate simpliciter eisdem et de bona contulimus voluntate. — — Testes huius rei sunt Walthe-rus Canonicus de Werningerode, Fredericus dictus de Schouwen, Gerhardus miles

de Jerickſen. Datum in Werningerode, Anno Domini M°. Ducenteſimo LXXXVIIII., VI. Idus Maii.

Wohlbrück's Alvensleben I, 190.

XXVI. Graf Nikolaus von Danneberg verleiht dem Ritter Huno von Carwe das Dorf Grittel mit der Holzfreiheit im Walde Lipe, im Jahre 1290.

Cunctis Chriſti fidelibus hanc preſentem pagynam viſuris ſalutem in vero ſalutari. Noueriſt vniuerſi tam preſentes, quam futuri, quod nos Nicolaus, dei gracia comes de Dannenberg, domino Hunoni, dicto de Carogve, et pueris ſuis villam, que dicitur Critto, et ligna ad ipſius vſus in ſilva Lipe cum omni iure, ſicuti nos abuimus, et ſine aliquo ſeruicio, libere contulimus, et cum filiis fratris noſtri conſeſſum fuerit comitis Adolphi bone memorie, id ipſum facient ſine aliquo inpedimento, et vt ipſi ratum ſeruabunt pueri, promiſimus fide data nos dei gracia comes Nicolaus de Dannenberg et Johannes dictus Gans de Parleberg. Huius rei teſtes ſunt: dominus Johannes de Gardiſtz et Volmarus de Veleviſz et Godefridus de Logſtede et Rogcherus et H. Brungcene. Actum anno domini M°. CC°. LXXXX.

Nach Liſch, Jahrbücher des Vereins für mecklenburgiſche Geſchichte VIII, 256.

Anm. Unter dieſer Urkunde findet man das in den Jahrbüchern nachgebildete: „Sigillum Johanis Auch de Parleberch."

XXVII. Ritter Bruno von Eilsleben überläßt dem Tempelorden Beſitzungen in Bülſtringen für die Aufnahme ſeines Sohnes, am 23. September 1299.

— — Ad vniuerſorum notitiam — — cupimus peruenire, quod nos Bruno miles dictus de Eylesleue quintum — dimidium manſum cum quinque areis et omnibus aliis attinentiis in villa et in campo Bulſteringe ſitis, pro neceſſariis filii noſtri, qui ad templi ordinem eſt receptus, fratribus domus militie templi in curia Wichmanneſtorp liberaliter et de bona noſtra voluntate reſignauimus. Cedentes omni iuri, quod nobis in predictis bonis competere videbatur. Nam proprietas predictorum bonorum ad ſupradictos fratres antea pertinebat. — — Datum in Magdeburg, Anno domini M. CC. XCIX. in craſtino S. Mauritii.

Wohlbrück's Alvensleben Thl. I, S. 190.

XXVIII. Halberſtädtiſches Lehnsregiſter vom Jahre 1311.

Hec ſunt bona pheodalia eccleſie et epiſcopi Halberſtadenſis Scripta Anno domini M°. CCC°. XI. tempore venerabilis in criſto patris, domini Alberti Epiſcopi nationis de Anehalt per Johannem, Decanum eccleſie ſancti Bonifacii Halberſtadenſis Capellanum Domini predicti.

Illuſtris princeps Dominus Woldemarus, Marchio Brandenburgenſis, tenet ab epiſcopo Halberſtadenſi in pheodo: Ciuitatem Gardelege et caſtrum ibidem, caſtrum Clotze et opidum Witinghe, cum omnibus attinentibus villis, lingnis, paſcuis, ſiluis et molendinis, Caſtrum Esbeke et villam Scheninge, cetera nominabit.

Illuſtris princeps Comes Otto de Anehalt tenet hec bona a domino epiſcopo Halberſtadenſi: Decimam in Aſcharia et decimam in villa Nuweliz et Scherſtede, et decimam hudenſtede et Zorwiz. Decimam in Hakeborne et Attenſleue. In Snetlingen partem decime et areas ibidem, que ignorantur. Decimam in Hunleue et Lutkendorp, villam Stocdorp. Item bona in Nuweliz que antiquitus ad allodium domini epiſcopi in Aſcharia pertinebant. Item decimam in Adeſleue. Item locum caſtellum in Wederſleue et piſcaturam ibidem. Cetera nominabit.

Hinricus et Olricus, Nobiles viri Comites de Regenſten, tenent hec bona a domino epiſcopo halberſtadenſi: Comiciam cum omni iure. Item foreſtum in Huyone cum aliis ſiluis circumadiacentibus. Item dimidium manſum in Aderſtede. Item I manſum in vppelinge. Item II manſos in Heſnem. Item in Kulingerode IIII manſos et aream ſoluentem fertonem. Item II manſos in Sutſchowen. Item dimidium manſum in Odorp. Item I manſum in balborn. In paruo Herſleue tantum agrorum quod ſoluunt modios octo et V ſolidos et de areis XIII ſolidos ibidem. Item II manſos in Silzſtede. Item in nouo Godenhuſen I aream et tantum agrorum quod ſoluunt I fertonem. Item V manſos in Hadebere. Item I manſum in Geueſleue. Item XIIII marcarum redituum de quibusdam manſis ſitis in Dornethen. Item decimam in Bornekere. Item I manſum in menenleue. Item decimam in Suplinge. Item decimam in ambabus villis vreilſtede. Item decimam in maiori Drenleue. Item decimam in Stendorp trans paludem. Item decimam in Nenſtede trans paludem et tres manſos ibidem. Item decimam in Korbeke. Item decimam in Slanſtede. Item decimam in Wolferſtede. Item decimam in Derſem. Item decimam in Wibuge. Item decimam in Cattenſtede. Item decimam in Wigenrode. Item decimam in Eckerderode. Item dimidiam decimam orientalis ville apud Haſleuelde. Item I manſum in Reinſtede. Item II manſos in Dedenleue. Item II manſos in Lere. Item III iugera et aream in Odorp. Item advocaciam et decimam in Rebetingerode ſuper ea bona que pertinent Huſeborch. Item villam in Heidenrode exceptis III manſis et allodio. Item aduocaciam ſuper forum in Aluenſleue et ſuper quedam bona Hakenſtede. Item II manſos Suanebeke. Item I manſum Renſtede et ſiluam vnam in Huyone. Item I manſum in Renſtede. Item vnum manſum ibidem. Item III manſum in Herſleue. Item decimam in Eluelingerode. Item quicquid illi de Quenſtede habent in eadem villa Quenſtede. Item IIII manſos in Langele. Item IX manſos in Sutſchowen et pomerium et quasdam areas et duas ſiluas et pratum et ſiluam Satberge. Item I manſum in Temmenrode. Item decimam in Nendorp apud Suanebeke. Item XII manſos in Gunſleue cum aduocacia in predictis manſis. Item decimam in Domenſleue. Item in maiori Quenſtede V manſos cum areis attinentibus. Item decimam III manſorum ibidem. Item decimam in Crotdorp. Item IIII marcarum reditus in Eilenſtede. Item II manſos in Oſcher-

leue. Item dimidiam villam Odingerode cum omni iure. Item decimam in Papeſtorp. Item decimam noualium de cultis et colendis apud Regenſten. Item duas partes decime in Hedefleue.

Henricus, nobilis vir comes de Sladem, tenet in pheodo: villam Ikenrode cum bonis attinentibus et decimam ibidem bona ſita infra Yſingerode et Weſterode, que dicuntur rodelant, et curiam in Weſterode in villa Horneborch, II curias in preurbio caſtro ibidem curiam que borchlen dicitur. Senſtede II manſum cum vtilitate et curiam. Roleke I manſum et curiam cum vtilitate. In maiori Wingiſtede ſalices et Ił manſum et I pratum et I fertonem puri argenti. In minori Wingiſtede III manſos. Oſterrode I manſum cum vtilitate. In villa Roden IX iugera et ſiluam iuxta Thedingerode. In Hopelenſtede III manſos cum vtilitate. In ciuitate Oſterwich II curias et III marcas in moneta halberſtadenſis argenti, et in thelonio ibidem I fertonem eiusdem argenti. In Bundhe et in Rimbeke III manſos cum bonis attinentibus et decimam in Bunden. Decimam in Bekedorpe. In maiori Hornhuſen II manſos et in minori Hornhuſen I manſum. Hordorpe I manſum. Decimam in Anehalt et duas villas iuxta Anhalt, quarum iſta vice nomina ignoramus. In Striſchowen IIII manſos cum vtilitate, in Huneluingerode I manſum cum vtilitate. Deteringerode ex vna parte V ang. villam cum omni vtilitate, cum hominibus et aduocacia. Decimam in Wlptingerode. In Oderdingerode IX manſos aduocacie et molendinum. Suderrode ius patronatus eccleſie et VIII manſos cum vtilitate attinenti et ſiluam Wenderodehop, cetere nominabit.

Johannes et Ludolfus, nobiles de Heſnem, tenent in pheodo: vnam piſcinam et XI curias et curtem Horneborch et vnum ſpacium iuxta indaginem ibidem. Item decimam Cſeſele et I decimam Brocſchowen, et dimidiam decimam Romefleue, et decimam Oſterrode et XXXVII manſos ibidem, cum curiis ibidem et iudicium tam in campo quam in villa ibidem, et aduocacias duorum manſorum et duarum curiarum ibidem. Item aduocaciam vnius manſi et dimidiam in Ileſele, et VI manſos Roden apud Horneborch, et X manſos lignorum in Valſten, et IIII manſos Veltem cum curiis pertinentibus ad eos, et VI virgas lignorum in Veltem. Item manſum lignorum in Valſten iuxta Oſterrode et vnum ſpacium in Valſten, quod pertinet ad eorum allodium, et vnum ſalictum Oſterrode. Item Heſnem V manſos. Item Bodingerode III manſos. Item Lindede decimam trium manſorum et vineam et decimam vltra vineam ibidem et decimam trium manſorum. Arleſſem apud Heſnem et vnum manſum Beck. Item Betingerode II manſos et vnam marcam Oſterwic in moneta. Item V manſos Yſingerode et XIX manſorum aduocaciam et decimam vnius nouales ibidem, et II manſos in nouali Weſterrode et IIII iugera ibidem et curiam ibidem et IX iugera et ſalictum ibidem. Item aduocaciam I manſi Rimbeke, et decimam vltra ligna eorum in Redeluingerode que de nouo ad agriculturam ſunt redacta. Item Anderbeke III manſos et aduocaciam trium manſorum ibidem et aduocaciam vnius manſi. Sedorp apud Anderbeke. Item decimam XX manſorum Eylenſtede et II manſos et molendinum Papeſtorp et aduocaciam VI manſorum. Niendorp apud Huysburch. Item aduocaciam VIII manſorum Nendorp et II loca lignorum in Huyone, et advocaciam II manſi in Attekendorp et advocaciam Ił manſorum Ebbekeſtorp. Item II manſum Hordorp et vnum manſum in Heteborne et VI talenta halberſtadenſi in moneta. Item vnum ſalictum in paruo Oſcherleue et curiam Sebuſen et I manſum Bekedorp et I manſum in Weſterbaddeleue et dimidium manſum Scheninge et IIII manſos Wobeke et decimam vltra locum qui dicitur Heſe et vnum manſum in Volcſem cum attinenciis et vnum manſum Cſicte cum attinenciis et decimam Hedebere vltra vineam. Item Winnigeſtede IIł manſum. Item aduocaciam vnius manſi in Hermenſtorp. Item decimam in Redekendorp apud Aldenhuſen et decimam Vttencamp apud Horneborch. Item I manſum in Bodingerode qui fuit Stephani de Veltem.

Nobiles viri Comes Wernerus et Gardunus de Hademerfleue tenent hec bona: Caſtrum Vredeberghe cum omnibus pertinenciis tam in villa quam in campis, octo vineas et pomeria. Item caſtrum Hederfleue. Caſtrum Groninge cum quatuor manſis pertinentibus ad idem, pomerium et molendinum et ſalictum et indaginem ſub caſtro. Item decimam in maiori Egelen et decimam in Weſtereghelen. Item decimam in Ammendorp. Decimam in Bennendorp. Decimam Strumendorp. Decimam Wederfleue. Item Decimam Swanewelde. Decimam Volcſtede. Decimam Oſterrodenfleue. Decimam Bellingerode. Decimam Badefleue. Decimam Gropendorp. Decimam Asmerfleue. Decimam Etzenſtede. Decimam Bennenſtede. Decimam Memendal. Decimam Dameſcendorp. Decimam Elbelingerode. Decimam in Mapelenſtede. Decimam in Sesbeke. Decimam Soluelde. Item Decimam Emerfleue. Decimam Hondorp. Decimam Merendorp. Decimam Buwendorp. Decimam Beleſtorp. Decimam Weſtermarke. Decimam in Eſckenrode. Decimam in Sehuſen. Decimam Giluerſtede. IIII manſum Eilenſtede, habemus bona in Strobeke cum omnibus attinenciis ſuis ab eodem domino epiſcopo. Item advocaciam de tribus manſis in Droswitz. Item II manſum Wockenſtede. Item III manſum Andefleue. Item I manſum Hornhuſen. Item II manſum Andefleue. Item decimam Nendorp apud Stasforde. Decimam Domenfleue. Item omnia bona que fuerunt domini Halt nobilis viri, que tenuit ab eccleſia halberſtadenſis. Item decimam Rodefleue et Decimam Valerfleue et Decimam Cerwen et ſi qua plura inuenire et excogitare poterimus.

Item decimam in Honopplinge et bona in Bekedorp, que Boſſo et Hinricus, milites de Dreynleue, et Conradus, frater eorum reſignarunt.

Nobilis vir Burchardus, comes in Manſvelt, Solus tenet hec bona in pheodo ab eccleſia: Opidum Ysleue cum omnibus attinentibus ac iuribus preter ius patronatus eccleſie ibidem. Decimam Vulenſee. Volcſtede duo officia. Ponleue duo officia cum omni iure. Item Zauenſtede IIII manſos et I pratum. Item Rumpene VI manſum. Item Solwicz II manſos et vineam. Vredeberg III vineas. Broch I manſum cum vinea. Rumpene II vineas. Porthen ius patronatus. Item aduocaciam ſuper clauſtrum Wimedeborg, ac omnes clauſtri redditus. Item prope Helbere villam que Rodh dicitur cum omni iure ubi lateres decoquuntur. Item Eykendorp firmatam curiam ac ius patronatus cum omni iure tocius ville. Item omnes viros et feminas ſeruiles ac proprie condicionis in comiciis videlicet Mansvelt ac Vredeberghe conſtitutos. Item medietatem fori in Koswich.

Hinricus et Arnoldus, dicti Knoſen, et Brando de Emerſleue IIII manſos to den Roden.

Scat et ſui fratres I manſum in Minſleue et in Huſgroninge vnam curiam decimam ſuper lignis que pertinent ſecari in antiqua vrbe iuxta Quidilingburch.

Wedekindus et ſui fratres VIII½ manſos in villa Nettorp. In Slanſtede I manſum et I curiam. In Nienhagen IIII½ manſos et IIII curias, III prata et duo ligna wicholt. In Emerſleue I man-

um et I aream. In Hordorp I aream. In Monekiſtorp XXXIIII maldra tritici. In aduocatia ville Iermeſtorp ł manſum. In Eylenſtede XIII areas.

Marchio Brandeburgenſis caſtrum Angermunde cum opido, caſtrum Gardeleue cum ›pido, opidum Stendal, opidum Oſterburch, caſtrum Crumbecke, Sehuſen, Werben opida, caſtrum)renbruch. Decimas monetas theolonia cum iurisdictionibus diſtrictuum predictorum.

Thidericus de Dituorde, miles, in campo Wiboy V manſos.
Albertus de Weghne, miles, II manſos.
Johannes I manſum.
Siffridus de Hoym I manſum.
Keghel, miles, IIII manſos.
Bars III manſos.
Hinricus de Adeſſleue, miles, II manſos.
Stauaſte II manſos.
Quernbecke II manſos.
Woot ł manſum.
Vidua Aluerici ł manſum.
Vidua Ludolfi ł manſum.
Beteman Scepere I manſum.
Conradus Scepere I manſum.
Bernardus de Aluenſleue ł manſum.
Hening ł manſum.
Caht I manſum.
Wernerus Diues I manſum.
Ludeko de Emerſleue I manſum.
Burchardus ł manſum.
Bertoldus apud eccleſiam II manſos.
Suorboghe ł manſum.
Wernerus de Ricere ł manſum.
Arnoldus ante villam dictus II manſos.
Heyſo Eckardis II manſos et I quartale.
Pedelis I manſum.
Vidua Sanderi III quartalia.
Vidua de Dituorde II manſos.
Stoterocke I manſum.
Ciues de Herſleue tenent campum Wiboy.
Hudeberaweris I manſum.
Heyenburch I manſum.
Alman ł manſum.
Vidua Salichis I manſum.
Albertus Pelmenere I manſum.
Eckardus Hilken I manſum.
Filius Wogherdes I manſum.
Hermannus Germer ł manſum.

Heydeko Wodeken I manſum.
Filii Roperickes I manſum.
Conradus Petro eccleſiam I manſum.
Conradus apud molendinum I manſum.
Coneko Ermenhez I manſum.
Heneko Thilen I manſum.
Filius Honen II manſos.
Filii Werneri IIII manſos.
Clauſtrum ad lapidem Sanct Michael I manſum.
Thilemannus de Allenburch VI manſos in campis Aſcharie et X curias in ciuitate.
Wedego et patrui ſui de Volcſtede quartam partem decime in Soltdalem.
Buſſo de Cerwiſt decem choros cuiuslibet annone in decima ville Potmerfleue.
De Groneberch dimidiam decimam in magno Ritmerfleue et I manſum. In minori Ritmerfleue IIII manſos molendinum in magno Ritmerfleue et areas VI et quartam partem decime in Mulinge.
Gotfridus Bodenrode decimam in Nendorp, in Hafenwinkel.
Gheuehardus de Etkerfleue, ciuis in Helmenſtede, II manſos in Etkerfleue.
Johannes et Thidericus, fratres, et Thidericus, patruus eorum, dicti Bromes, II manſos in Niendorp, I manſum in inferiori Runſtede. Curiam apud ſanctum Nicolaum cum quatuor areis adiacentibus in Halberſtat I curiam in nouo foro cum duabus areis, III areas iuxta pontem in platea lutifigulorum. Item duas areas in alta via. Aduocatiam ſuper ſtupam ſconemeteken cum V areis circumiacentibus. Aduocatiam ſuper V curias iacentes iuxta curiam domini cuſtodis maioris eccleſie, I aream iuxta opidum Swanebecke, VI areas in Gaterfleue.
Geuehart de Minfleue III manſos in Oppelinge, decimam ſuper I manſo in nouo Godenhuſen, curiam in Quenſtede, V ſolidos in moneta Aſcharie.
Buſſo de Cerwiſt decem choros in decima Potmerfleue.
Bernardus, ſcriptor, in Aſcharia II marcas vſuales in moneta Aſcharie.
Johannes de Attenfleue I manſum aduocatie in Wiboye, I manſum in Attenfleue, pheodum in caſtro Wegheleue, I marcam vſualem in Wegheleue, tres lectos de pornis in Wegheleue.
Jan et Jan, filius fratris ſui, Heyneko, miles, Ericus, frater ſuus, Pincerne de Donſtede habent decimam a domino epiſcopo ſuper XXV manſos in paruo Hakenſtede et XXXV manſos in paruo Dreynleue.
Rodolfus et Wolterus, filii Spiringh, curiam vnam in caſtro Horneborch et VII marcas vſuales argenti in prefectura Oſterwic, II areas in villa Horneborg et iure caſtrenſi locum dictum Yberch, in villa Tzeſele III manſos cum omni vtilitate. Item Veltem IIII manſos. Item Scowen I manſum et I curiam. Item in Aſpenſtede locum, qui dicitur wingarde. Item allodium in villa Horborg et eykholt et aream ibidem, item hoppengarden ibidem. Item in Tzimmenſtede II manſos et I curiam. Item in Kiſſenbroghe II manſos et I curiam. Item decimam in campo Linden ſuper agro nouali. Item I curiam in Roden. Item decimam in Oſterrode. Item I decimam in Veltem. Item IIII manſos in Achim cum omni vtilitate. Item decimam in Tzeſele.

Auf einem Blatte vor dem Anfang dieſes Regiſters findet man die folgenden Notizen:

Anno domini M°. CCC°. XII. venerabilis in criſto pater dominus Albertus, Epiſcopus Eccleſie Halberſtadenſis, filius illuſtris Principis de Anhalt Bernardi, Comitis Aſcharie, Conparauit et

emit a ſtrenuo famulo Hinrico de Botvelde in Hartone ſiue nemore Campos Botvelde ſiluam Remeſe et IIII loca ſiluarum ſic dicta, Lutekewormberch, tho den Eſchen, bideme ſpilbeke, bideme Alrebeke.

Sereniſſimus Otto, imperator, obiit Anno domini M. C. LXVIII. XIII. kal. Junii in die Potentiane virginis, qui contulit eccleſie Halberſtadenſi Herlingeborch cum omnibus attinentibus. Hoc ſcriptum eſt ex kalendario canonicorum ſancti Blaſii in Bruneſwic. Hic fuit filius Hinrici ducis Saxonie.

Hec ſunt bona que tenet Clawes Louwe, Ciuis Magdeburgenſis, a venerabili domino Alberto, Halberſtadenſi Epiſcopo tytulo pheodali. In maiori Santerſleue quatuor choros tritici in decima eiusdem ville. Item in eadem decima quinquaginta et vnam ſexagenas tritici, ſiliginis et auene. Item ibidem decem et ſeptem manſos. Item ibidem viginti tres manſos vorleghenes gudes et decem et octo verleghene houe, et decem et octo denarios Cenſus et quinquaginta Rochonre. Item ibidem decimam carnium cum ſuis pertinenciis. Hec preſcripta bona Gheldeke, miles, Ciuis Magdeburgenſis, prius tenebat a domino Epiſcopo Halberſtadenſi, que modo vendita Nycolao predicto per ſuas literas reſignauit.

Hec bona habet Betemannus de Hoyem. Caſtrum Stekelenborg. Item medietatem decime in Dorp ballenſtede. Item II manſos et vnum lignetum in Pansfelde.

Nach dem Originale des Königl. Provinzial-Archives in Magdeburg.

XXIX. Markgraf Woldemar erläßt die Lehnbede der Mannſchaft in den Landen Tangermünde, Stendal, Oſterburg und in der Grafſchaft Grieben, am 14. März 1311.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenſis, Luſatie et de Landsberg Marchio tutorque incliti Joannis Marchionis Brandenburgenſis, recognoſcimus et ad vniuerſorum notitiam tenore preſentium volumus deuenire, quod vniuerſis et ſingulis militaris conditionis exiſtentibus et famulis eorumque heredibus legitimis et ſucceſſoribus, in territoriis antique Tangermunde, Stendal, Oſterburg et in comitatu Gryben reſidentibus, relaxauimus et preſentibus de bona noſtra voluntate et plena deliberatione ſuper eo habita relaxamus ſimpliciter et in eternum precariam bonorum ſuorum pheodalem in dictis territoriis et comitatu ſitorum, profitentes publice, quod nunquam ab ipſis precariam Pheodalem per nos aut per alium nomine noſtro exigemus, vel exigi de cetero patiemur. Proinde milites ipſi et famuli pro ſe et heredibus ſuis et ſucceſſoribus dederunt nobis et perſoluerunt inpecunia numerata pro quolibet fruſto bonorum eorundem tres ſertones argenti Stendalienſis et ponderis, de quibus ipſos heredes et ſucceſſores eorum dimittimus abſolutos et quietos in hiis ſcriptis, Renuntiantes ipſi precarie quoad nos et Marchionem Joannem preſatum et heredes noſtros et ſucceſſores prout poſſibile fuit atque iuſtum. Ne autem huiusmodi noſtre ordinationis decretum a quoquam inpoſterum ſubuertatur, ſed potius fortiatur robur perpetue firmitatis, preſentes affuerunt Nobilis vir Buſſo, Comes de Lindowe, Nicolaus de Buck, Henningus de Steglitz, Hennig de Blanckenborch, Dreyſeko, Gerhardus de Kerkowe,

milites, noſtri fideles, cum pluribus aliis fide dignis. Datum in Budeſſin, Dominica oculi mei, Anno Domini M. trecenteſimo vndecimo.

Küſter's Denkwürd. 160. 161. Beckmann's Beſchr. V, I, VI, Sp. 67. 68.

XXX. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, verkauft dem Ruleke von Bismark den Wagendienſt und kleinen Zehnten über 2½ Hufen in Schernekow, am 21. Dezember 1321.

Dei gracia nos Agnes, Duciſſa Brunswicenſis, recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtantes, quod prudenti viro Rulekino, dicto de byſmarke, eiusque heredibus legitimis vendidimus et iuſto pheodi titulo contulimus ſeruicium curruum ſuper duobus et dimidio manſo cum decima minuta cum altero dimidio modio et vno quartali auene et cum duobus pullis fumalibus in villa Schernecowe pacifice poſſidendum. Proinde idem Ruleko nobis dedit et perſoluit tres marcas argenti brandenburgenſis et ponderis —. Teſtes huius rei ſunt fritſo de vincelberg, noſter aduocatus, et hermannus de luchowe, noſter notarius. — Scriptum Tangermund, Anno gracie Milleſimo CCCXX primo, die ſancti Thome Apoſtoli.

Nach dem Originale im Königl. Geh. Staats-Archive.

XXXI. Beſchluß der Synode zu Halberſtadt, daß von Ländereien, welche nur mit der Hand, nicht mit dem Pfluge bearbeitet werden, außer dem Rauchhuhn kein Zehnt gegeben werden ſoll, vom 18. Oktober 1323.

Nos Albertus, dei gracia halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, omnibus preſentes viſuris ſeu audituris innoteſcimus per preſentes, quod anno domini M°. CCC°. XXIII°., in die ſancti luce Evangeliſte in ſynodo noſtra generali inventum fuit et ſinodaliter diffinitum, quod de area, que aratro non colitur, ſed ſolo foſſoris, nulla decima debeat errogari, niſi ſolummodo pullus, qui vulgariter dicitur Rokhon, quam quidem ſententiam per hunc modum diffinitam et a nullo reclamatam auctoritate ordinaria preſentibus confirmamus, actum et datum halberſtat, anno et die predictis.

Nach L. v. Ledebur's Archiv X, 199.

XXXII. Kaiſer Ludwig vereignet dem Hauptmanne der Mark Brandenburg, Johann von Buch, und ſeinen Töchtern, wegen ſeiner dem Reiche geleiſteten Dienſte, das halbe Dorf Buch, am 8. Februar 1324.

Lodewicus, von der gnaden gotz keyſer des beyligben Romeſcben rykes, den ſtrenghen wyſen manne Johan van buch, den truwen houetmanne der marke von brandenborgh, vnſe gnate vnd alle guth. Der willighe deneſt, der vns vnd deme rike yſt gheſchen von dyr vnd noch mach ſchen, So hebbe wyr angheſeen dyn rechtuerdighe bethe vnnd hebben gheeghen daz halbe dorp tzu buch dyr vnnd dynen dochteren Methylden vnnd annen vnnd elyzabethen tzu rechten eghen met aller nuth, alſo ytz lyt an holtze, an velde, an watzer. Tzu tughe hebbe wy gheheytzen ſterken vnnd veſten metz deme yngheſeghele vnſer ghewaltz deſſen bryf, de gheuen vnd ſcreuen yſt tzu nurenbergh, des mydwekens nach vnſer vrowen daghe tzu lychmyſſen, Na godes borth duſen yar, dre hundert yar, yn deme vyr vnde twynghyſten jare.

Das an dem im Univerſitäts-Archive zu Breslau befindliche Original dieſer Verſchreibung hangende Majeſtäts-Siegel iſt allem Anſcheine nach ächt und muß ſpäter der Urkunde angeheftet ſein: es iſt daher auch in der Mitte, durch welche die befeſtigende Siegelſchnur hindurch gezogen wurde, auseinander geborſten. Der Contert der Urkunde verräth ſich dagegen durch Form und Inhalt wohl jedem Sachverſtändigen auf den erſten Blick als verunglückte ſpätere Nachahmung einer ältern Urkunde. Auch die Handſchrift, worin die Urkunde vorliegt, weiſt auf die erſte Hälfte des 15. Jahrhunderts hin. Doch mag der falſchen Urkunde die Tradition von irgend einem ähnlichen Zugeſtändniſſe König Ludwigs zu Grunde gelegen haben; daher auch die Mittheilung der Urkunde, ihrer Unächtheit ungeachtet, von Intereſſe zu ſein ſchien. Vgl. unter den folgenden die Urkunde vom 25. Februar 1337.

XXXIII. Markgraf Ludwig legt der Pfarre zu Arnim eine Hebung aus den Grundabgaben des Dorfes Hindenburg bei, am 22. Dezember 1327.

Nos Ludovicus etc. dedimus et per preſentes donamus plebano in Arnem et ſuis ſucceſſoribus nec non ſacerdoti ibidem proprietatem omnimodam ſuper duobus talentis viginti denarus minus in cenſu manſorum et arearum ville Hindenburg cum plena libertate et commodo . . . preſentibus nobili viro Domino Buſſone, comite de Manfelt, Domino Segero, prepoſito Stendalienſi, ac Henrico de Luchowe etc. Datum anno MCCCXXVII, in craſtino Sancti Thome Apoſtoli.

Beckmann's Beſchreibung V, I, VIII, Sp. 53.

XXXIV. Anna, Herzogin von Breslau und Frau von Arneburg, verleiht dem Biſchof Heinrich von Kiow einen Hof in Königsmark, am 14. Februar 1328.

Anna, Dei gratia Duciſſa Wratislavienſis et Domina de Arneborch, omnibus Chriſti fidelibus preſentia viſuris ſalutem in Domino Dominorum. Quia venerabilis pater et Dominus Hinricus, epiſcopus eccleſie Kyovenſis, in noſtro dotalitio ſive territorio circa Arneborch in villa, que Konigesmarke nuncupatur, curiam Franconis de Nitzow, que a precaria, decima, cenſu ac ſervicio libera eſt, rite et racionabiliter ſua pro pecunia ab eodem comparauit cultus divini in augmentum; nos vero ejusdem cultus divini eſſe participes cupientes proprietatem ſive libertatem, que ad nos dinoſcitur pertinere, eidem, aut quibus ipſe dedit aut vendiderit, dimittimus bona cum voluntate, ita ſane, quod nec nos, nec noſtri advocati in curia ſepe dicta aliquam exactionem vel precariam aut aliquod ſervicium parvum ſeu magnum extorqueant, quorum nichil ad eandem curiam nos habere profitemur . . . et duos manſos habet curia in agris et quatuor choros in avena. Datum anno Domini Milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo die ſancti Valentini, in Arneborch.

Beckmann's Beſchreibung V, I, V, Sp. 57.

XXXV. Crevet von Werle verkauft dem Johann Marenholz einen Hof im Dorfe Werle, am 1. Mai 1329.

Ick Creuet van Werle, ick bekenne in düſſem jeghenwardigen breue, dath ick hebbe verkoſt mit willen mynes wyfes vnde rechten eruen, Johann Marenholten vnnd ſienen rechten eruen eynen hoff to Werle mit anderthalf houen, vnd eyne Wiſch, dat het de Beuer Wiſch, vnde eyn holt, dat heet de Kroonſſol, vnde den hoff mit aller Slacht, nut, theget vnnd fryg vnde Beede fryg vnnd an Weyde vnnd an Vnweyde mith alleme rechte alſo fullenkomlich, alſe Otte Kreuet van ſynen Vader hadde vnde van ſynen rechten herren. Düt is geſcheen nah der Gebort Gades duſent jahr drehundert jahr, in dem nhegen vnde twintigſten Jahre, an Sünte Wolburghen daghe.

Aus alter Copie.

XXXVI. Ritter und Knappen der Altmark bekunden ihre Einigung mit den Städten Stendal, Tangermünde, Gardelegen und Osterburg, am 10. Dezember 1331.

Wy Ridder vnde knapen gemeyne, In der alden margke beſeten vnde wonhafftigh ſin, Bekennen vnde betughen apenbar vor alle de ghenne, de diſſen briff ſehn vnde horen leſen, dat wy endrechlike vnde met guden willen en truwen gelouet hebben vnde geſworen eyne ſtede vnde gantze eyninge met den fromen vnde wyſen luden den borgheren to Stendall, to Tangermunde, to Gardelege, to Oſterborgh, In diſſen ſaken hir na beſcreuen ſtan. Offt ennych man beſeten were In deſſen landen vnde Steden, de eyn ſulff richter vnde eyn weldener wolde ſin vnde weſen, an roue, an brande, vengeniſſe, duue, an mordinge eddir an welcker walt vnde vngefüge dat were vnde geſchege, vnde he ſyk an rechte nicht nogen wolde laten, de ſcolde eyn vorveſtet vnde eyn vorwracht man weſen vnde bliuen In deſſen landen vnde Steden yetobenomet vnde den ſcal men nimmer to gnaden noch tor ſone laten komen edder nemen, eten ſy met vnſir aller wille. Worde ok ennych man dorch ſodanne walt vnde vndat begrepen In deſſen landen vnde Steden, de ſcal eyn vorwracht man ſyn vnde den ſcal me wynnen ane vare vnde ſunder buten met dem alden rechte, dat de eddelen furſten de marggrauen van Brandenborgh den landen vnde den Steden hebben gegheuen vnde gheeruet, Eyn guder hande man ſulff dridde, Eyn borger ſulff veffte, Eyn gebure ſulff ſouende vnvorlecht ores rechtes. Were he ok eyn vnbeſproken man, ſo ſcal he vnde mach ſyk weren In der ſuluen wyſen. Neyn man In deme lande vnde In den Steden en ſcal ok ſin gud vnde ſin gelt, dat dar is gelecht an deme huſe to wolmerſtede vor wyſen vnde vorgheuen nenen manne, Id en ſy met vnſir aller wille vnde dragen des gantze ouer eyn. Wy Ridder vnde knapen en ſcollen vns ok nicht ſcheyden van den Steden, noch de Stede van vns, wan to ſamene ſcolle wy truwelike vnderlangk bliuen. Bede ok de herſchopp des landes eyne meyne bede ouer dat land, dar en ſcal vnſir neyn vor den andern beſundern an en twyden, wy en don dat to ſamene endrechlike met eine gantzen willen vnde vulbort. Worde ok ennych man van emende vorvnrechtet eddir worde ennych man In deme lande eddir In den Steden dar to gekoren eddir gebeden, dat he ſpreke des landes vnde der Stede wort, wat me eme hete ſpreken, wolde deme ennych man aldar vmme vordencken eddir vnwillen to keren vnde vorvnrechten an ennyghen ſaken, deme ſcolle wy vordedingen alle ſynes rechten vnde ſcollen truwelike vnde gantzlike by eme bliuen vnde ſtan jn ſodanen noden vnde ſaken. In deſſir ſuluen eninge vnde beſchermynge dar neme wy Ridder, knapen vnde Stede mede In dat Cappittel des godes huſes to ſunte Nicolaweſze to Stendall vns to hulpe vnde ſe vns wedder. Dat wy alle deſſe dingh, de vorgeſcreuen ſtan, ſtede vnde vaſte truweliken vnderlangk halden willen, des hebbe wy Ridder vnde knapen met eynem gantzen willen vnde vulbort . . . . . vnde buger den Borgheren In den Steden deſſin briff dar vpp gegheuen, bejngeſegilt met des landes Ingeſegil vnde vnſir, de an deſſin briue ſin angehenghet vnde gedrucket. Deſſe briff is gegheuen vnde geſcreuen Stendall In der Stad, na godes bort ouer duſent vnde dre hundert Jar, In deme eyn vndrittigſtem Jare, des dingſtages na Sunte Nicolawes dage.

Nach einer Copie des Geh. Staatsarchives.

XXXVII. Friederich's von Vincelberg Revers über das ihm von Markgraf Ludwig verpfändete Dorf Hindenburg, vom 9. September 1333.

Ich friderich von vincelberg bechenne offinlich an defem breue, daz ich von dem hochgebornim furften vnd meinen gnedigin herrin marggreuen Ludenig von brandenburg inne han daz dorp hindenburch mit allim nütz, daz er mir vnnd minin erbin gefetzit hat vmb dreu hundert mark brand. filbers mit fogetaner befcheidinheit, daz ich oder min erbin daz vorgenante dorp inne fullin habin als lange, biz wir di dreu hundert marg filbers dar abe genemin von dem nütz, der zu demfelbin dorfe gehört. Wer abir, daz min vorgenanter herre vor von mir lofin wolt daz felb dorf, fo fol ich oder mein erbin im rechte rechnunge halten, vmb waz wir fin genozzin habin, das fullin wir im abflaben vnd fol vns daz vbrige berichten, vnd damit ift fin dorf von vns ledig vnnd los. Daz im daz ftete blibe, geb ich difin brif vorfigelt mit minim Infigil, daz dar an hanget, der gebin ift anno domini M°. CCC°. XXXIII°., in craftino natiuitatis beate virginis.

Aus einer alten Copie.

XXXVIII. Ritter und Knappen der Altmark verpflichten fich gegen die Städte zur Aufrechterhaltung des Bündniffes zu gemeinfchaftlicher Sicherheit, am 9. Oktober 1334.

Wie riddere vnde knapen ghemeine, in der alden marke befeten, Bekennen vnd bethugen vor aldeghene, de deffen bref fen vnnd horen lefen, dat we endrachtleken vnde met guden willen en trouwen ghelouet hebben vnd ghefworen eyne ftede vnnd ganze eyninge met den vromen wifen luden, den borghern to Stendall, to Tangermünd, to Gardelege, to Ofterborch, in deffen ftücken, de hir na befcreuen ftan. Dat irfte, dat we willen de alde eyninge halden, alfo fe bebreuet is. Vp dat ander, dat me jowelken manne helpe, dat he bi rechte blyue. Dat dridde, dat men ride vnd kome to den dedinghes daghen, de wy befcheiden vnd maken. Dat verde, ofte fick jenghe lude vnder vns tweyen eder fchelen, dat me de entfcheyde vnd vründe, vnd dat ere fcheydinghe ghehalden werde. Des fo wille we kefen vnnd fetten vyer perfonen vnder vns, de fcolen ryden met den, de fe dar to fetten, Swanne ennich nod is deffer dinghe, de hir var in der alden eyninghe fint befcreuen. Vort mer, worde ennich man dar to befcheiden vnd ghekoren, dat he fpreke des landes vnnd der Stede wort, wat me eme hete fpreken, Wolde dene ennich man dar vmme vor dencken oder vorunrechten, den fcole we vordedinghen vnd behulpen fin alle fines rechtes. Dat wy dit gantze vnd ftede halden willen, des hebbe we riddere vnd knapen, de hir na befcreuen ftan, jowelik vor fin flechte vnfe inghefeghele an deffen bref ghehangen, her Conrad von Ofterborgh, her Jan van Buk, Coneke van Buk, her Ebel van Calue, her Ebel van Suartelofe, her Bartolt van Buczft, her Meynart van Rochou vnde Hinrik van Kloden, Coneke van Suechten, Henning van Buczft. Deffe bref is ghegeuen to

Stendall, na Godes bort duſent jar vnnd drehundert jar, in deme vier vn drüttegheſten jare, in ſunte Dyoniſius daghe, des heyligben mertelers.

Original und alte gleichzeitige Abſchrift im Geh. Staatsarchive.

XXXIX. Markgraf Ludwig verleihet an Eliſabeth von Buch, Tochter des Ritter Johann von Buch, einige Hebungen in der Nähe der Elbe, am 10. Dezember 1334.

Anno M°. CCC°. XXX quarto, Sabbato poſt diem beati Nycolai in Brandenburg. Contulimus iuſto pheodi titulo Elizabeth, honeſti militis Johannis de Buch filie, triginta fruſta reddituum per fidelem militem Ludolfum de Wedel ad manum et vſum predicte Elyzabeth reſignata, albee proximius et vicinius ſituata, poſſidenda cum omni iure, fructu, libertate et commodo, poſſeſſione pacifica et quieta.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XX.

XL. Der Markgraf Ludwig beſtätigt dem Johann von Buch und Gerhard von Kerkow ihre vom Herzog Otto von Braunſchweig erworbenen Güter, am 22. Dezember 1334.

Anno M°. CCC°. XXX quarto. In kiritz, feria V^a. ante natiuitatem domini. Wir Ludowig etc. bekennen, daz wir dem veſten mann Johan von Buch vnd Gerhard von kyrchow vnnd iren rechten erbnamen verlihen habin vnnd vorlihen alle die gut, die ſi mit recht von dem durchlüchtigin fürſten, hertzogen Otten von Brunſwig habent zv geſamptner hant ewiclich vnnd geruweclich zv beſitzen: Vnnd wer auch daz, daz ſi dieſelben gut, von welcherlei ſache daz wer, mit ein ander teilten, ſo ſol der vorgnant von Buch die warte vnd daz angeuelle habin an dez vorgnanten guten an hinderniſſe vnd widerrede. Juribus tamen noſtris ſaluis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XVIII.

XLI. Markgraf Ludwig verkauft Bürgern zu Stendal Hebungen aus den Dörfern Buch, Dalen ꝛc., am 10. März 1335.

Anno domini M°. CCC°. tricesimo quinto, feria sexta ante Reminiscere in Berlin. Contulimus Bechtoldo, Engelkino, Heinrico et Johanni, fratribus, dictis de Castel, ciuibus in Stendal, manu coniuncta ipsorumque veris heredibus quatuordecim talenta denariorum Brandenburgensium, scilicet in villa Buk tria talenta cum vno solido, in villa Dalim quatuor talenta cum tribus solidis, in magna Swechen quatuor talenta cum octo solidis, in Bodig duo talenta cum vno solido et in Schönenwald sex solidos sine omni molestia duobus anni terminis scilicet in festo beate Andree et in festo beatis Walpurgis pacifice et plenaria percipiendum. Pro qua quidem collacione predicti fratres nobis dederunt et in parato soluerunt triginta marcas argenti Brandenburg., de quibus ipsis quitos dicimus presentibus et solutos Juribus nostris reseruatis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXVI.

XLII. Markgraf Ludwig verpfändet dem Johann von Buch die Dörfer Steckelsdorf und Buckow bei Rathenow, am 12. März 1335.

Anno M°. CCC°. XXX quinto, in Berlin, dominica Reminiscere, Contulimus iusto pheodi tytulo strenuo militi Johanni de Buch, secretario nostro dilecto, suisque veris heredibus villas Steggelsdorp et Bukow, sitas prope Ratnowe, que omnino in presenti deserte sunt, et si colerentur nichil tamen ipsis (minus?) libere haberemus, cum omni iure, commodo et fructu, libertate et cum omnibus suis pertinenciis, sicut nos eas dinoscimur possedisse, libere et pacifice possidendas, Ratum et gratum habentes, si predictus de Buch cultoribus earundem villarum aliquam graciam fecerit aut duxerit faciendam. Proinde predictus de Buch nobis quitauit sexaginta marcas argenti brandenburgensis in debitis, quibus strenuo militi dieterico de Zikow ex iussu Imperatoris, progenitoris nostri karissimi, fuimus obligati. Actum quoque est inter nos et conuentum, quod dictas villas cum suis pertinenciis nos vel nostri successores ab ipso Johanne de Buch vel eius heredibus reemere pro dicte pecunie summa volumus et debebimus sicut cetera bona, prout secum placitauimus, quando castrum Jerichow ab ipso vel ab ipsis duxerimus reemendum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXII.

XLIII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloſter Jerichow Beſitzungen in Stenitz, Maiendorf und Gardiz zum Seelenheil des Ritters Johann von Buch, am 29. Juni 1335.

Anno domini M°. CCC°. XXX quinto, in Berlin, in die petri et pauli. Appropriauimus monaſterio in Jericho premonſtratenſium ordinis, bauelbergenſis dyoceſeos vel alii loco ſacro donacionem octo manſorum in villa Stenitz et duorum fruſtorum in villa Maienſtorp ſitorum nec non trium amarum vinj e vinea ville Garditz prope Brandinburg, quam ſtrenuus miles Johannes de Buch pro remedio anime ſue et progenitorum atque ſucceſſorum ſuorum facere disponit, Ita quod cuicumque idem miles preſentem noſtram paginam de certa ſua ſciencia dederit, tali huiusmodi bona cum plena proprietate perpetuo permanebunt. Datum ut ſupra.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXXIX.

XLIV. Markgraf Ludwig von Brandenburg verpfändet an Johann von Buch das Schloß Auloſen mit deſſen Zubehör, am 16. Oktober 1335.

Wir Ludowig, von gots gnadin marggraue zv Brandenburg etc., bekennen, daz wir von geheiz vnnd willen dez allirdurchlüchtigſtin fürſten, keyſer Ludowig von Rom, vnſes gnedigen heren vnd vatters, vnd mit willen vnnd gunſt des hochgeborn fürſten, hertzogen Stephan, vnnd ander vnſer brüder, ingeantwürt habin dem veſtin rittere Johan von Buch, vnſerm hauptman vnd beſundern Heimlichern, vnd ſinen rechten erben daz hus zv Auloſen mit alle dem, daz dar zv gehört, ez ſi gebuet oder vngebuet oder wie ez gnant ſi, Alſo beſcheidenlich, wann er vns redlich vnnd mit rechter rechnung bewiſet, daz wir im ſchuldig ſin Tuſent mark ſilbers, die ſülin er vnnd ſine erben habin vf demſelben hus ze Auloſen vnnd ſwaz dar zv gehört, daz wir, vnſer brüder, vnſir erben oder vnſir redlich nachkomen daz ſelb hus vnd daz dar zv gehört wider löſen mügen vmb die ſelben tuſent mark ſilbers, wenn wir oder ſi wellent oder mügin ane ſin oder ſiner erben widerrede. Auch ſol er vnnd ſine erben vns, vnſern brüdern vnnd vnſern erben mit derſelben veſten gewarten vf allirmenglich zv allen vnſern nöten, an geuerde vnnd widerrede. Waz auch er vf derſelben veſten verbuet redlichin daz er kuntlich bewiſen mag, daz ſich vf hundert mark brandenburgſchen ſilbers geziehen mag, dez ſulin vnd wellin in dez gentzlich entrichten vnd entledigin ane widerrede, wen wir daz vorgeſchriben hus von im oder von ſinen erben ledigen vnd loſen wellin. Datum zv Nürinberg, an ſant Gallen tage, Nach Criſtes geburt drittzehen hundert iare, in dem funſten vnd drizigſtem iare.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXVII.

XLV. Herzog Stephan's Erklärung gleichen Inhalts, vom 16. Oktober 1335.

Wir Stephan, von godes gnaden phallentzgraue bi Rin vnd hertzog in Beyern, verieben für vns vnnd für die hochgeborn fürſten Ludowig vnnd wilhelm, phallentzgrauen bi Rin vnd hertzog in Beyern, offenlichin an diſem brief, ſwaz der hochgeborn fürſt margraue Ludowig von Brandenburg, vnſir lieber bruder, enpholhen, verſetzet, verſchriben vnd ingeantwürt hat dem veſten mann Johan von Buch, vnſerm lieben getrewen, vnnd dez, der ſin offen brief hat, daz daz geſchehen iſt mit vnſerm guten willen, rate vnd gunſt vnnd geheizen daz ſtet, gantz vnd vnzerbrochin behalden mit allen ſachen. Vnd dez ze vrkund gebin wir diſin briefe beſigelt mit vnſerm Inſigel. Datum die et loco quibus ſupra.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXVI.

XLVI. Markgraf Ludwig verpfändet das Gericht in Görne und Paleſtorp an Johann von Buch, am 16. Oktober 1335.

Wir Ludowig etc. bekennen auch, daz wir verlichen habin dem veſten rittere Johan van Buch, vnſerm lieben hauptman vnd heimlichern, daz oberſte vnnd daz niderſte gerichte der dörfer Gorne vnd paleſtorp in allir wiz, recht vnd beſcheidenheit, als daz ſelbe gericht derſelben dörfer der veſt ritter Cunrad von Oſterburg gehabt vnnd beſezzen hat, In ſogetaner beſcheidenheit, daz wir, vnſer erben oder nachkomen daz ſelb gericht vmb in oder ſin erben wider löſen mügen vmb hundert mark brandenburgiſchen ſilbers, wenn wir oder ſi mügen oder wellen an widerrede. Datum ut ſupra (zv Nürinberg, an ſant Gallen tag, Nach Criſtes geburt dritzehenhundert iare, darnach in dem funſtenvndritzigſtim iare).

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXX.

XLVII. Markgraf Ludwig ertheilt dem Johann von Buch das Recht, alle verpfändeten Güter einzulöſen, am 16. Oktober 1335.

Wir Ludowig etc. bekennen auch, daz wir mit vnſes vatters vnnd vnſer brüder gutem willen vnd wort, macht vnd gewalt gebin habin vnd gebin an diſem brief dem veſten rittere Jan von Buch, vnſerm lieben hauptman vnd beſundern beimlichern, daz er löſen mag vnſer gült vnd gut, wie die genant ſin, oder wa di gelegen ſin, die ſich vorgen mügen oder vorloren mügen wer-

den, in ſogetaner wiz vnnd beſcheidenheit, daz wir, vnſir brüder, vnſir erben oder nachkomen diſelben gut alſo, als er ſi redlichin gelöſet hat, lözen mügen, an widerrede, wenn wir wellen. Datum ut ſupra (zv Nürinberg, an ſant Gallen tag, Nach Criſtes gebürt dritzehenhundert iare, darnach in dem fünften vndritzigſtim iare).

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXIX.

XLVIII. Kaiſer Ludwig beſtätigt alle von dem Markgrafen Ludwig an Johann von Buch vorgenommene Verpfändungen, am 16. Oktober 1335.

Wir Ludowig, von gots gnaden Römiſcher keyſer, ze allen ziten merer des Richs, veriehen offinlich mit diſem brief für vns vnnd vnſir lieb ſüne vnnd fürſten Stephan, Ludowig vnd wilhalm, phalletzgraue bi Rin vnd hertzogen in Beiern, vnnd tun kunt allen den, di in ſehent, horent oder leſend, Swaz vnſir lieber ſun vnd fürſt Ludowig, margraue zv Brandenburg, enpholhen, verſchriben, verſetzet vnnd ingeantwurt hat dem veſten rittere Johan von Buch, vnſerm lieben getrewen, vnd dez, der ſin offen brief hat, daz daz geſchehen iſt mit vnſerm guten willen, rate vnd gunſt, vnnd gehetzen, daz gantz, ſtete vnd vnzerbrochen behalten mit allen ſachen. Vnd dez ze vrkünd gebin wir im diſen brief beſigelt mit vnſerm Inſigil, Der geben iſt zv Nürinberg, an ſant Gallen tag, Nach Criſtes gebürt dridzehen hundert iare, darnach in dem funften vnd drizigſtim iare, in dem ein vnd zweintzigſten iare vnſers riches vnd in dem achtin dez keyſertumes.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XXV.

XLIX. Markgraf Ludwig bekennt, nach einer mit dem Hauptmann Johann von Buch vom Anfange ſeiner Hauptmannſchaft her gehaltenen Abrechnung, dieſem noch 1500 Marck ſchuldig zu ſein, im Jahre 1336.

Ludowig etc. Computacione rita et legitima habita, ſtrenuo viro Johanni de buch, capitaneo noſtro dilecto, Guſſone et de liphem (ſic), henrico marſcalco de eſoldeſrith ceterisque noſtris conſiliariis quam pluribus preſentibus, ſibi vltra omnia percepta, expoſita et diſtributa, a die, qua ipſe in noſtrum conſtitutus ab invictiſſimo domino, domino Ludowico, patre noſtro kariſſimo, Romanorum Imperatore, fuit capitaneum, in Mille et quingentis marcis argenti brandenburgenſis et ponderis obligati remanſimus et preſentibus remanemus. In cuius etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XLVII.

L. Markgraf Ludwig verſpricht dem Johann von Buch für alle Schuld über die ihm verſchriebenen 1500 Marck bis zur Zahlung derſelben den unverkümmerten Genuß ſeiner Pfandgüter, am 24. Juli 1336.

Wir Ludowig etc. Daz wir dem edeln manne her Johan von buch, vnſerme liben hobetmanne, vnd ſinin rechten erbin gelobet haben vnd geloben an diſim briſe, war vm her ſich vorkumbert furbaz vber die anderthalb tuſint marg, di wir im redelichin nach-rechter rechenunge vnd des er vnſir briſe hat, ſchuldigk worden ſin vor vns vnnd von vnſern wegen, Ez ſi vmb koſt, Ros, Meiden, dyner oder helfer, daz er daz oder ſine erbin ob er habe ginge, des got nicht wolle, vfhebin vnd in neymen ſullin von allen den plegen, herſchiftin, nuzen vnd guten, die her von vnſern wegen inne hat. Wir geheizzen auch den vorgenanten Johan von buch, vnſerm liben getruwen hauptmanne, daz wir in von den pflegen vnd guten numer vor cheren ſullen, er ſi denne vor entrichtit vnd gewert alles des, dar vmb her hinder vns kumen iſt vnd daz her mit redlicher rechenunge bewiſen mag vnnd dar vber ſo geben wir vm diſin brif vorſigelt mit vnſeme inſigil. Datum berlin, anno domini Milleſimo CCC°. XXXVI, In vigilia Jacobi apoſtoli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XLV.

LI. Markgraf Ludwig überläßt den Hof in Königsmark, den der Biſchof Heinrich von Kiew beſeſſen hat, dem Pfarrer Meinhard daſelbſt, am 1. Januar 1337.

In nomine etc. Neceſſaria eſt . . Hinc eſt quod Nos Ludowicus etc. profitemur, quod curiam dictam Eikebom ſitam Kongesmarke et duos manſos dicte curie adjacentes cum decima et omni uſufructu Domino Meynardo, plebano in Konnigesmarke, dedimus et preſentibus liberaliter donamus cum omni proprietate et jure et absque ſerviciis reali vel perſonali, precariis et angariis, quibuscunque nominibus cenſeantur, libere, ſicut venerabilis pater Dominus Henricus, Kyovienſis eccleſie epiſcopus, ipſam poſſedit, et noſtris literis ſuper hoc confectis ſibi datis plenius continetur, perpetuis temporibus poſſidendam, ita ut nobis et noſtris ſucceſſoribus nihil juris et proprietatis, et omnimodo nihil reſervamus nec reſervabimus in eadem, admittentes, ut ipſam curiam cum omnibus conditionibus, libertate et jure predictus Dominus Meynardus ad pios uſus eccleſie Sancti Nicolai in Stendal vel extra in honorem ſancti Michaelis archangeli et beati Andree apoſtoli convertere poſſit, ſicut ſue placuerit voluntati. Et in quorum uſus dictam curiam cum bonis adjacentibus tranſtulerit, tales eandem curiam pari poſſidebunt cum omnibus libertate per omnia. Et quia Dominus Meynardus ſepe dictus proprietatem dicte curie ſecunda vice a nobis comparavit, id circo modo tranſtulimus leniori, approbantes et ratificantes has noſtras preſentes ſuper predictam donationem per nos datas, munientesque predictum Dominum Meynardum et ante dicte curie poſſeſſores, qui vel nunc vel in futuris temporibus fuerint, preſentibus

literis, ne cuipiam detur facultas malignandi ſuper donatione, libertate, proprietate et jure per eos noſtro ſecreto communitis ex certa noſtra ſcientia. In omnium teſtimonium premiſſorum promittimus etiam, quod ſigillum noſtrum majus preſentibus apponere volumus gratis, cum a dicto Domino Meynardo vel alio predicte curie poſſeſſore fuerimus requiſiti. Teſtes autem hujus rei ſunt inclytus princeps dominus Rudolphus, Dux Saxonie, nec non nobilis Dominus Otto de Ylenborch, Dominus Johannes de Buch, Dominus Henningus de Jachow, Dominus Loſerus, Dominus Eilling, milites, et Wichardus de Rochow, Petrus de Bredou et Boſſo de Meyendorp, famuli, Heyneke de Roſchow, civis in Brandenburg, Nicolaus de Havele, Henningus Conradi, cives in Ratenow, et quam plures alii fide digni. Datum Brandenburch, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo, ipſo in circumciſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Beckmann's Beſchreibung V, I, V, Sp. 57—59.

LII. Markgraf Ludwig vereignet auf Befehl des Kaiſers dem Johann von Buch die Hälfte ſeines Dorfes Buch mit Verzichtleiſtung auf die Lehnsherrlichkeit, am 25. Februar 1337.

Anno domini M°. CCC°. XXXVII°., in craſtino B. Mathie apoſtoli. Nos Ludowicus etc. Singulis et vniuerſis, quibus preſentes exhibite fuerint, Salutem et noticiam ſubſcriptorum. Veniens ad nos ſtrenuus Miles, dictus Johannes de Buch, capitaneus noſter dilectus, nobis vt ſibi medietatem ville ſue, dicte Buch, cum vniuerſis ſuis commodis, iuribus, limitibus, diſtinctionibus et pertinenciis ex noſtra Beniuolencia appropriare dignaremur, humiliter ſupplicauit. Cuius quidem precibus ob fidei ſui puritatem fidelitatisque ſepius in eo compertam conſtanciam annuimus iuxta vota ſibi heredibusque ſuis preſentibus et in poſterum ſuccedentibus ex commiſſo ſereniſſimi domini, domini Ludowici Romani Imperii (ſic), progenitoris et domini noſtri kariſſimi, mandato eciam et voluntate, ex mera eciam liberalitate noſtra medietatem ville predicte, quam ab antiqua hereditaria ſucceſſione ad ipſum deuolutam fore cognouimus, cum vniuerſis condicionibus ſupraſcriptis appropriauimus et appropriamus preſencium teſtimonio litterarum, Renunciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni iuri collacionis videlicet et pheodi, quod nobis in ipſa competebat vel ipſis competere poſſit in poſterum vel futurum, Dantes ſibi heredibusque ſuis medietatem ville predicte ſibi per nos appropriate veniendi (vendendi?), legandi et in vſus ſibi conueniencio̊res conuertendi liberam et plenam facultatem. In cuius etc. Teſtes vero huius ſunt nobilis vir dominus hermannus Comes de Hennenberg, ſtrenui milites Dypoldus Guzzo, beringerus helo, marſchalcus, Johannes huſener, Magiſter camere, bonbrecht, pincerna, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandowe, anno, die, loco, tempore ſupradicto.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XLVIII.

LIII. Markgraf Ludwig verſchreibt dem Johann von Buch und dem Dietrich von Kerkow Hebungen aus dem Dorfe Wellen und aus dem Zolle zu Schnakenburg, mit dem Rechte, die Zollerhebung von hier anderswohin zu verlegen, am 1. Auguſt 1337.

Anno domini M°. CCC°. XXXVII°., in octaua beati Jacobi Apoſtoli, Ludowicus comtalimus et preſentibus conferimus ſtrennuis viris domino Johanni de buch, capitaneo noſtro dilecto, nec non dyterico de kirkow, generi ſuo, nec non ipſorum veris legitimis heredibus, fidelibus noſtris dilectis, in theloneo noſtro ſnakenborg ſeptuaginta fruſta denariorum brandenburgenſium, in villa, dicta welle, ſedecim fruſta den. brand. annue penſionis ſine impedimento quiete et pacifice poſſidenda. Debebimus eciam et volumus domino Johanni de Buch et Dieterico de kirkowe ipſorumque veris heredibus predictis defectum, ſi quem in predicto theloneo paterentur, in ceteris noſtris municionibus et reddituum deriuacionibus, dum pecierint, integraliter reſtaurare. Damus eciam ipſis id ipſum theloneum, ex quo in loco conſueto videlicet ſnakenburg caute et tute recipi non poterit, nec colligi, ad alium competentem nobis et ipſis locum transponendi liberam facultatem. In cuius etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LVII.

LIV. Markgraf Ludwig ertheilt denen von Bismark die Anwartſchaft auf Hebungen aus Arnsberg für den Todesfall des Herzogs Otto von Braunſchweig, im Jahre 1337.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. Tenebimus, debemus et uolumus diſcretis viris nycolao et Rulekino, fratribus, dictis byſmark, ciuitatis noſtre ſteindal ciuibus, fidelibus noſtris dilectis, conferre in cenſu et precaria ville dicte arnſberg octo fruſta cum dimidio annue penſionis, dum primum dictorum reddituum collacio ad nos per magnifici principis ottonis, ducis Brunſwicenſis, ſororii noſtri kariſſimi, deceſſum deuoluta fuerit, quiete et pacifice poſſidenda, Reſeruata tamen nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris dum voluerimus vel voluerint dictos redditus pro octuaginta marcis argenti minus duabus marcis redimendi plenaria facultate. In cuius etc.

Aus dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LXVI.

LV. Markgraf Ludwig bekennt, dem Johann von Buch nach gehaltener Abrechnung noch 1233 Marck Silbers ſchuldig zu ſein, am 10. September 1338.

Nouerint etc. quod in noſtri Ludowici etc. ac teſtium infra ſcriptorum preſencia ſub anno domini M°. CCC°. XXXVIII, feria V^a^. proxima poſt feſtum natiuitatis Marie, in ciuitate noſtra Eberſwald honeſtus miles dominus Johannes de buch, capitaneus noſter dilectus, conſtitutus, de omnibus expoſitis et perceptis per eundem ſpecialiter autem de quadringentis et quadraginta duabus marcis brandenburg. argenti et ponderis, quas, ut noſtre conſtat noticie, percepit et de percepto theloneo in Snakenborc, cuius ſumma ad quadringentas et XXV marcas argenti predicti ſe extendit, nobis iuxta legitime computacionis debitum fecerat racionem, Remanſimus ſupra et preſentibus remanemus ſibi et ſuis veris heredibus, ſi ſibi per nos ſatisfactum non fuerit, vltra omnia percepta et expoſita per totum noſtrum dominium a die, qua ipſum in noſtrum conſtituimus capitaneum, in mille et ducentis et XXXIII marcis argenti ſepedicti et ponderis et ſpecialiter in LX marcis argenti pretacti et CXL talentis denariorum Brandenb. obligati. Summa tamen pecunie, pro qua ſibi noſtre municiones ſciente domino noſtro Imperatore progenitore noſtro ſiſtunt obligate non diminuta. Teſtes huius prepoſitus bernowenſis, yſoltſrider, beringerus heyle, huſener, bonbrecht, tylo Rutenic, hennic ſparro, milites, Johannes, plebanus in kungeſberg, haſſo de wedel ſenior, Ty. brederlo, gerardus wolf, Nycolaus quitzowe, arn. graben, conſiliarii et officiati noſtri dilecti fideles. In cuius etc. Datum anno, die et loco prenarratis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LXII.

LVI. Markgraf Ludwig erklärt den Sohn Johann's von Buch für volljährig, verpfändet demſelben die Lütcke Heide an der Tanger und beſtimmt Näheres über die dereinſtige Auslöſung der Stadt Wittenberge und des Zolles zu Schnakenburg, am 17. März 1339.

Ludowicus etc. ſingulis et vniuerſis etc. Beniuolencia et gracia principis poterit ſi decreuerit prolem inpuberem nondum etatis debite exiſtentem habilitare defectumque etatis ſue ſupplere et adeo habilem facere ac ſi ad annos ſue diſcrecionis omnimode peruenisſet. Sane cum Johannes, filius nobilis viri Johannis de buch, capitanei noſtri generalis dilecti, inpuber et minor annis exiſtens ſibi cum inſtancia defectum etatis ſue per nos requiſierit adimpleri, ipſius requiſicionibus inſtantibus annuimus iuxta vota premiſſum defectum ſibi ex mera beniuolencia, auctoritate et conſenſu ſereniſſimi domini, domini Ludowici Romani Imperatoris, patris noſtri kariſſimi, et eciam virtute propria ſupplemus et habilitamus eundem ad omnes actus faciendos ac ſi maturo et debito annorum etatis ſpacio potiretur, Ita quod ſic ſui iuris et quod neque ſub noſtra neque ſuorum agnatorum tutela ſupponatur invitus. Volentes eciam quod milites et militares ceterique quicunque ab ipſo domino Johanne de buch predicto infeodali et feoda habentes, ſi eundem dominum Johannem de buch decedere, quod abſit, contigerit, ſtatim feoda ſua ab ipſo

Johanne, filio ſuo, recipiant et teneant, ſibique tanquam domino ſuo fideliter obediant et intendant. Debemus eciam ab ipſo Johanne ſuisque fratribus, ſi quos habuerit, ſi dominus Johannes, ipſius progenitor, quod abſit, deceſſerit, municiones, caſtra et bona quecunque, ſibi per nos et noſtri nomine obligata, reemere dum voluerimus pro ſumma et quantitate in litteris ſuis contentis et ſecundum continenciam earundem. Si vero ipſe Johannes fratribus non derelictis decederet, extunc a filiabus ipſius domini Johannis caſtra, municiones et bona predicta reemere poterimus, dum voluerimus, heredes quoque et ſucceſſores noſtri poterunt, dum voluerunt, pro quantitate in ipſarum litteris contenta, qualem eciam prerogatiuam ipſam cum fratribus, ſi quos habuerit, in proprietate predicti domini Johannis contra ſorores erogamus, contradictione qualibet quieſcente. Contulimus eciam ſibi ſuisque veris heredibus et preſentibus conferimus mericam, dictam vulgariter dy lutege heyde, cum ſingulis ſuis pertinenciis et diſtincçionibus, que de foſſato uſque ad litus aque dicte Tanger procedunt et a nemore Tanger uſque ad albiam diriguntur, quam eciam pro CCC marcis argenti brandenburg. reemere poterimus ab ipſo vel ſuis heredibus quibuſcunque ſecundum modum ſuperius expreſſum, heredes quoque et ſucceſſores noſtri poterunt, dum de ipſorum fuerit beneplacito voluntatis. Reſeruamus tamen nobis nemus Tanger ſlauicalemque villam, dictam ſcheldorp, cum ceteris bonis nunc in ipſa merica vacantibus et nobis pertinentibus et per deceſſum generoſi principis Ottonis, ducis Brunſwicenſis, auunculi noſtri kariſſimi, ad nos libere deuoluendis. Non debebit eciam nec poterit deuolucio predicta ſibique ſuis heredibus natis vel naſcituris in bonis ipſius merice propriis vel pheodalibus ab ipſo procedentibus preiudicium vel nocumentum aliquod inducere vel inferre. Debebit eciam ſibi ſuisque heredibus edificia molendini, quod edificare intra muros ciuitatis wyttenberge proponit, ſtructuramque in caſtro ciuitatis ipſius euidenter factam exſolucionis et redempcionis tempore, dum ipſam ciuitatem cum ſuis pertinenciis reemere voluerimus, ſecundum eſtimacionem proborum per nos utrobique aſſumendorum integraliter reſarciri. Debebit eciam dictus dominus Johannes vel heredes ſui medietatem Thelonei in Snakenburg tenere quouſque ſumma mille marcarum argenti Brandenburgenſis, in qua ſibi tenemur, omnimode perſoluatur. Nolumus eciam deputaciones, ſi que per nos fierent, videlicet ſi alicui aliquid in medietate partis noſtre deputaremus, quantitati in ipſius parte quouismodo vel aliqualiter derogare. In cuius etc. Teſtes ſunt Henricus de Zeyplingen, Henricus Ryſchach, beringerus heylo, bonbrecht, pincerna, cum ceteris. Datum frankinuurt, anno domini M°. CCC°. XXXIX°., feria IIII^a. ante diem Palmarum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LXVII.

LVII. Markgraf Ludwig giebt der Gemahlin Johann's von Buch Groß-Mangelsdorf zum Leibgedinge und beſtätigt ihr Schloß, Hof und Dorf Buch für Lebenszeit, am 13. Februar 1340.

Nouerint etc. Quod nos Lvdowicus etc. Contulimus et preſentibus conferimus honeſte matrone Mechthildi, nobilis viri domini Johannis de buch, capitanei noſtri dilecti, conthorali egitime, veri et iuſti dotalicii nomine villam dictam grozen magsdorf cum omni iure, vtilitate,

